


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
7 A
17


T
42



Jhus 531 1


~~De [illegible] [illegible]~~

~~[illegible] Jul. [illegible] [illegible] [illegible]~~

~~[illegible] [illegible] [illegible]~~ [illegible] ha

~~[illegible] nipoti~~

Mar. Ant. [illegible]



PANORMITANI

IVDICIARII ORDINIS PROCESSVS, IAM DENVO correctus & emendatus.


Cum Indice nouo, & Annotationibus, in margine adiectis.







COLONIAE
Apud hæredes Arnoldi Birckmanni.
Anno M. D. LV.



INCIPIT PROCESSVS IVDICIARIVS D. Panormitani.



REX *pacificus cunctorum caussa effectiua & finalis de sum. Trinit. ca. 1. de reli. & uene. sanct. gloriosus Deus in princi. li. 6. & l. 1. C. de sum. Trini. Hominem ad sui similitudinem formauit. 35. q. 5. hæc imago. de pe. di. 2. in principio creauit cœlum. l. si quis metallum. C. de pœnis, Ecclesiastici. 7. c. in fi. & disposuit sibi subditos pudicos fore & modestos, ut in procemio cōpilationis Gregorianæ, & eorum regulationi ius naturale concreando. 5. di. in prin. quæ lex naturalis & regimen creati hominis secundum statum primææ dispositionis creatoris sufficiens existebat, cum ipse creator opus non nouerit imperfectum, de bap. c. maiores. uer. Adhuc quæritur quæ lege omnia communia erant. 1. di. ius naturale 8. di. quo iure. sed quia ipsi subditi tales non permanserunt secundum dispositionem & uoluntatem creatoris. Nam multiplicato genere humano, iure gentium orta sunt bella, & distincta sunt rerum dominia. ff. de iusti. & iure. l. ex hoc iure. & 1. dis. ius gentium, ut homo se infinitis immisceret quæstionibus. Ecclesia ubi. sup. ipsi subditi cupidi erant ad aliena, unde lites insurrexerunt. Vnde Seneca, Homines quietißime uiuerent in terris, si hæc duo*

pronomina de medio tollerentur, meum & tuum, & alibi dicitur, nostri essemus, si nostra nō essent. Nam cupiditas effrenata ex humanae corruptione conditionis consurgens, pacem odiens, & lites, & iurgia nutriens & inducens, tot noua litigia generat, quòd plura sunt negocia quàm uocabula. ff. de praescri. uer. naturalem. & in procemio compilationis praedictae. & natura humana ad dissentiendum prona. de conse. di. 4. sicut in sacramentis. l. 1. ff. de libertis uniuersitatis. de consecr. praeben. quia diuersitatem nouas deproperat edere formas. C. de ue. iu. enu. l. 2. §. Sed quia diuinae. Hinc est quòd forma litigandi & placitandi usus in paradiso uidetur exorta. Nam cum Adam redargueretur à Domino de inobedientia, relaxationem huius criminis conuertit in coniugem, imo in coniugis auctorem, cùm dixit, mulier, quam dedisti mihi sociam, me decepit, & comedi de pe. di. 1. serpens. Item ex lege ueteri ordo iudiciorum comprobatur. Nam Moyses ait: In ore duorum uel trium, stat omne uerbum. Deut. 19. de iudi. c. nouit de testi. in omni. Item in nouo testamento. Vnde Apostolus, Secularia iudicia si habueritis, peccatum in uobis est, & contemptibiles uos Deo facietis. I. Ca. 6. c. & 11. q. 1. §. ex his. 14. q. 1. in prin. quare secundum huiusmodi statum naturae corruptae non sufficiebat lex naturae, sed necessaria erat promulgatio legis humanae positiuae, quia nisi lites per iustitiam reprimerentur in mundo, non esset

set concordia. Fuit ergo necessaria humani iuris adinuentio ad istum effectum, ut huiusmodi appetitum noxium refrenaret & homines in tribus præceptis, uidelicet honestè uiuere: alterum non lædere: ius suum unicuique tribuere, informaret. ff. de iu. & iu. l. & iuris præcepta, & in prohœ. §. allega. ut sic hominum coërceretur audacia, & inter probos innocentia tuta redderetur. 4. dis. factæ sunt leges, & ut boni quietè uiuerent inter malos. 23. q. 5. non frustra, ac ne quis temeritate propria sibi sumat ultionem, alius ergo si homines in primæuæ dispositionis statu & innocentia pertransissent, latio legis positiuæ non fuisset necessaria. Ad quid enim indigeremus titulis de libel. obla. & li. contest. & similibus, si lites non essent. Cùm igitur ex cupiditate & malicia hominum lites ortæ sint, & contentiones inductæ huiusmodi, & similibus titulis, ut iure positiuo indigemus, ad negocia pertractanda & lites dirimendas. Sed licet ius super hoc emanauerat positiuum, tamen hæc scientia & exercitium placitãdi, permaximè sunt necessaria. 45. dis. l3. l. dis. ut constitueretur, per scientiam enim & per experientiam, omnis acquiritur notitia, iuxta id, usus & ars docuit, quod sapit omnis homo, & iuxta philosophũ, in princi. metaphysicæ experientia facit artem. Nam omne artificium per exercitium percipit incrementum, ut in l. legatis seruis, §. ornatricibus. ff. de lega. 3. Est enim ipsa experientia efficax rerum magistra, de

elec.quàm sit lib.6. Vnde lex cōmendat iurisperitos ab experientia rerum: Et experti caussarum iudices dari possunt. ¶ Additio. Licet sint imperiti literarum, quia experientia supplet defectum literaturæ, ut dicit Spe.ti.de iudice delegato.§.8.uer. Item quòd est literatus. C. de iudi. certi. nam inexpertus pauca cognoscit, & maximè circa formas libellorum, & ordinem iudiciarium, circa quem debitè pertractandum requiritur experientia. Vnde dicit Roff.in lib. in ti. in prin. quòd difficile est, ut quis benefacit libellos difficiles componere, & ordinem iudicij pertractare, componere libellos est difficile & periculosum, etiam si aliâs sit bonus in legibus, intellige canonicis uel ciuilibus, nisi in caussarum exercitio conuersetur. Nam ut dicit Guil. in spe.ti.de libel.concep. in prim. circa libellorum conceptionem, grande periculum imminet, & quasi tota uis iudiciorum in eis ritè concipiendis consistit, de iudi. examinata. de symo. licet Hely est, cum similibus, & pauci reperiuntur in hoc plenè instructi, imo nullus est, qui plerunq; in his uario non adducatur errore. Ad hoc de immu. & c. aduersus. Idcirco dominorum meorum super hoc deuictus instantia libellorum, & aliorum actuum iudicialium formas tradere & declarare intendo, & iudiciorum ordinem debitum & frequentatum, per singulos actus & partes iudiciales ac media, per quæ ad caussarum finem peruenitur, competenti ac regulato ordine

dine replicare, quantum mihi est possibile. Quia licet in hac re insufficientem me cognoscam, faciam tamen quod possum, 22. q. 2. faciat homo & sufficiat, quod in paucis animi labore consolatur, ut dicit lex tutori. C. de nego. gestis, & ff. de admini. tu. l. tutor. §. qui se in fine.

¶Quid sit iudicium.

SEd antequàm ueniam ad propositum, pro euidentia præmitto, quòd iudicium est actus legitimus trium personarum, iudicis, actoris, & rei secundum Hosti. in summa de iudi. in prin. & doc. communiter in hoc, quod dicitur, est actus trium personarum, includuntur duo, scilicet processus iudicij & personæ, & licet sint aliqua iudicia, ubi non sunt omnes illæ personæ, ut in iudicio generalis inquisitionis, ubi non est persona actoris uel rei, de quo in c. bonæ, de elec. & in iudicio inquisitionis specialis, quæ fit ex officio iudicis, nemine promouente uel instigante, ut in ca. qualiter secundò de accusa. inquisi. Vbi deficit persona actoris, & super crimine notorio, in quo non exigitur persona accusatoris, de accu. euidentia, adhuc tamen stant prædicta uera in diffinitione posita, quia in iudicio inquisitionis fama uel infamia præcedere debet inquisitionem, ut in iuribus allegatis, & illa est loco actoris, & eius typum gerit, ut ibi notatur. Et inquisitio generalis ad specialem ordinatur, & ita etiam similiter erit ibi, sicut in speciali reperire

Iudicium.

actorem, sic in iudicio, quo habetur super notorio cri mine, potest dici, quòd ibi notoriū supplet locum & & uicem accusatoris interpretatiuè, & sic in quocunque iudicio ordinario inquisitorio uel extraordinario, prædictæ tres personæ substantificè habebuntur fictæ uel ueræ, uel saltem repræsentatiuæ. Et ita istæ tres personæ sunt de esse iudicij, & substantia, scilicet iudex, actor & reus. ¶ Additio. Et dicit Bal. super rubrica, ex. de iudicijs, quòd elementa siue causæ iudiciorum sunt quatuor, Efficiens, ut magistratus præsidens, actor trahens, & reus fugiens. l. solēni. ff. de iudicijs. & l. si quis intentione ambigua. Causa materialis est negocium & facta hominum. l. iurisgentium. §. i. ff. de pactis. l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad legem Aqui. Causa formalis, modus procedendi & potißimè libellandi, ad quem debet semper animaduertere iudex, quia secundum formam libelli sententia est ferenda, ut l. fundus. ff. diuidundo. c. licet Heli, extra de simonia. Causa finalis est uictoria, quia nemo litigat nisi spe uictoriæ. l. ratione. §. cùm quidem. ff. ad l. Falci. sunt tamen aliquæ personæ, quæ quandoq; in iudicio interueniunt, & earum aliquæ agunt uel defendunt, sicut procurator, coniunctæ personæ, defensor, excusator, syndicus, œconomus, tutor, curator, & quædam aliæ, de quibus in speculo, parte prima, in tertia particula, per totum, sed istæ personæ sunt in iudicio agendo uel defendendo nomine alieno, uidelicet

Causa efficiens.

Materialis.

Formalis.

Finalis.

nomine actoris uel rei:aliæ nec agunt nec defendunt, sed sunt ibi ut præstēt adminiculum ipsis caußis, sicut sunt Aduocati. C. *de postu. per totum de iudicijs pasto ralis, ut lite non contesta. c.* 1. *cum similibus.* 4. q. 4. c. 1. *de uerbo signi. c. forus. §. omni.* Tabellio *uel ipsius loco duo uiri idonei, qui iudicij acta conscribant de proba. quoniam contra falsam & nuncius seu executor, qui citet & referat de offi. dele. prudentiam.* 1. & *c. de appell. cum parati, & illæ personæ etiam de necesitate non habent esse in iudicio, secundum iustum effectum, quem suprà dixi, & de istarum personarum officio, & de eorum exercitio, at formis, quibus constituuntur, & alijs, circa huiusmodi ad practicam pertinentibus, suo tempore patebit in processu, & circa huiusmodi personas & eorum officia, uersatur primus liber* Decretalium, & *prima pars speculi iudicialis.* Guil. Durādi, *quia prius persona quàm ratio quærenda est. ff. de iustitia & iu. l. quædam referunt. de despo. impu. ad dissoluendum.* Modò *de alia parte diffinitionis, in qua dicitur, quòd iudicium est actus legitimus.* Sciendum, *quòd ad istius actus iudiciarij debitam appellationem & perfectionem ambulatur per multas partes & actus particulares, & certo ordine à iure & caussarum consuetudine introductas, regulariter procedendo ad sententiam, quæ finem imponit negocio, peruenitur, & istum ordinem iudicij, & eius partes pertractat, secundus liber* Decretalium,

Aduocati.

Tabellio.

Liber primus Decretaliū.

Secundus liber Decretalium.

& Guil. in spe. parte secunda, per totum, & ibi in principio istius secundæ partis enumerat debito ordine partes seu membra processus iudiciarij, saltem illa membra, quæ cõmuniter & plurimum contingere solent, licet etiam aliquando alia occurrant, ut ibi dicit in princ. & aliqua etiam enumerat decre. quoniã contra ta. sa. de proba. non tamen ordinem per omnia obseruando, ut ibi notatur.

Secũdus liber Decretaliũ.

¶Quæ sunt de substantia ordinis iudiciarij, & quę non.

ISTarum partium iudicij, aliquæ sunt de substantia processus, uel ordinis iudiciarij, ut citatio cle. pastoralis de re iudi. libelli oblatio. de quo in. c. 1. de libelli oblatio in fi. glo. & in Clemen. sæpe de uerbo. signi. in glo. quæ est super uerbo necessario. Item iuramen. de calumnia, si petatur. c. 1. de iuramẽto calũniæ, li. 6. Item litis contestatio. de litis contest. c. unico. ut lite non contest. quasi per totum in ru. & iu. Item cõclusio, de qua in alle. Clemẽ. sæpe in glo. ista litera. Itẽ sententia, & quod feratur in scriptis, de re iu. c. ul. li. 6. ¶Aliqua uerò non sunt de substantia, ut exceptiones, replicationes, appellationes, &c. de quibus patebit infra. Et ordo iste iudiciarius non dicit permitti, confundi, uel præposterari, aliâs ex omißione, confusione, præposteratione induceretur, & surgeret nullitas iudicij & processus. 2. q. 6. §. diffinitiua, de accusa. qualiter & in Spe. de sententiarum prolatione. §.

iuxta proponen. nec potest prætermitti etiam de cõsensu partium, & est glossa notabilis in. c. de caußis. de of. dele in glo. 2. & in Clemen. sæpe allc. in alle. in ul. glo. Et huiusmodi actuum particularium, quidam sunt ad iudicij seu litis ordinationem, quidam sunt ad litis seu caussæ instructionem seu decisionem. Exemplum primi, ut citationes, satisdationes, & his similia, sunt actus iudicij ordinarij, sed confeßiones, attestationes, probationes, & alia, quæ factum conspiciunt, sunt actus caussæ instructorij & decisorij, de quo per Inno. & Hostien. in. c. caussam. 1. de testi. & in Clemẽ. sæpe in glo. facit ad hoc, & hæc de partibus ordinis iudiciarij, in caußis regulariter obseruãdis. *Quædã sunt actus caussæ instructorij.*

¶De causis, in quibus dictus ordo iudiciarius, non necessariò per omnia seruatur.

Sed sunt aliquæ caußæ, in quibus ex priuilegio iuris, uel hominis, aut ex caußarum natura, ordo huiusmodi per omnia necessariò non seruatur, uel etiam nullo modo debet seruari, nec per omnes partes iudicij in eis ambulatur. Exemplum de caußis priuilegiatis à iure, ut est caussa beneficialis, matrimonialis, usurarum & decimarum, in quarum cognitione, ex dispositione iuris, iudex non tenetur ordinem iudiciarium obseruare, & ideo dixi neceßariò, quia potest, si uult, ut in Clementi. dispendiosam de iudi. De priuilegio hominis, quando princeps caußas com- *Caussæ priuilegiatæ à iure.* *Caussæ priuilegiatæ à homine.*

committit & in eis mandat procedi simpliciter, & de plano, sine strepitu iudicij, & tunc talis iudex non potest per omnia seruare ordinem iudiciarium, quia tunc illa quæ sunt de substantia & figura iudicij, non debent obseruari, ut est libelli oblatio, litis contestatio. Et illa quæ sunt de strepitu iudicij, sicut appellationes, exceptiones, &c. Iudex fortius quàm in alijs debet amputare & repellere, & dixit simpliciter, quia tunc non debet solennis ordo seruari, si tamen seruatur partibus, non contradicentibus ualet, ut in Clemen. sæpe, ubi traditur forma procedendi, quæ secundum tale mandatum debet seruari. Quandoque ex natura caussæ non seruatur, ut in notorijs: nam ordinē iudiciarium in eis seruare, esset ordinem peruertere, ut in Decretali. ad nostram de iureiu. & est tertium. c. de quo etiam in. c. uestr, &c. tua de coba. cleri. & mulier. ¶Item in summarijs cognitionibus, in quibus etiam uon seruatur, nec fit transitus per partes iudicij, sed iudex summariam probationem recipiet, & se informet, de quo de offi. iudi. c. ul. & ideo dixi, uel nullo modo debet seruari. Item in iudicio extraordinario, uidelicet inquisitorio, quod expeditur officio iudicis, & non ad promotionem uel instigationem alicuius, & sic non seruatur ordo iudiciarius, ut in ca. quoniam frequenter, ut lite non contesta. in §. sunt & alij cum remissionibus, & sic secundum diuersitatem caussarum, diuersi surgunt processus: de istis ergo

In notorijs quomodo procedatur.

In summarijs caussis.

In iudicio extraordinario.

omni-

omnibus iudicijs & processibus ordinariorum & executorum ad gratias, uidebimus successiuè. ¶*Additio.Vnum tamen notandum est, quòd inferior à Papa, etiam si sit legatus de latere, non potest committere caußam cognoscendam summariè, & de plano gl.fin.in c.fi.de hæreticis,li.6.idem dicendum de inferiori à principe, ut est tex.in l.1.ff.à quibus appel.non licet.*

Præparatoria iudicij.

PRimò ergo de iudicio ordinario uidendum, antequàm tamen ad ipsius expeditionem accedam. Primò est aduertendum, quòd sunt quædam præparatoria ad ipsum iudicium, scilicet ut præhabeatur quædam inuestigatio & præmeditatio matura, per quã mente & corde se præparent iudex & partes, maximè actor ad iudicium subintrandum, uel non est isto modo intelligendo, ponit Guil.in specu.specialem rubricam de præparatorijs iudiciorum, in parte secunda rubrica.1. uidelicet ut agere uolens uel accusare. Primò consulat amicos, uideat an habeat probationem, & utrum expediat sibi litem mouere, prouideat sibi de aduocato bono cum peritioribus conferat, & se præmuniat, alioquin cum minus peritis peribit, ut Iudas de pœ.d.5.c.nonne Iudas, quia litis euentus dubius est, & ex quo actor instante aduersario cogitur litem prosequi, hinc est, quòd induciæ deliberatoriæ non conceduntur, de his & alijs articulis inuesti-

De iudicio ordinario.

Litis euentus dubius.

uestigandus. Vide in Specu. loco ubi proximè dicto, iudex in causa criminali, debet prius examinare personam accusatoris, qua intentione moueatur, & cuius opinionis sit. Item in causa iniuriarum iudex debet laborare ad componendum partes: in qua actione potissimè procedit compositio, 40. di. c. studendum. Sciendum etiam, quòd in ciuilibus caussis iudex debet laborare ad compositionem, ut habetur de mu. peti. c. 1. & maximè procedit compositio actore dicente, ut in additi. Specu. no. Io. An. in ti. proxi. alle. Vnde ibi dicit Speculator, nemini expedit, ut nimis facilis sit & promptus ad litigandum, propter animæ periculum: nam dicitur in euangelio. Matth. 5. Si quis uoluerit tunicam tuam tollere, & tecum contendere in iudicio, &c. Matth. 5. 14. q. 1. §. ¶ Additio. Et propter similes dissensiones & litigia læditur res publica. l. si quis ingenium. §. in ciuilibus. ff. de capti. & postli. Et Apostolus ait, Secularia iudicia si habueritis, peccatū est in uobis, & uos contemptibiles Deo facietis. 1. ad Corint. 6. 6. q. 1. 1. §. ex his. 14. q. 1. in prin. & maximè non expedit clericis, quia nemo militans Deo, implicet se negocijs secularibus. 2. ad Timo. 2. ne clerici uel mona. c. 1. multo minùs religiosis. 16. q. 1. c. monachi, quia seruos Dei non oportet litigare. de sy. c. ulti. Itē non expedit, propter dubium litis euentum, ut dixi de causa poss. & propri. pastoralis in princ. promptior ergo quisq; sit ad componendum, quàm ad contendendum

Promptior quisque sit ad

tendendum,de transf.ca.fi.cum similibus. Talia *& si*-*milia dicuntur præparatoria.Poßunt etiam dici præ*-*paratoria illa, quæ præcedunt litis contes. ut dicit Guil.angelicus,pro hoc facit, quod dicit Guil.in Spe*-*cu.in prin.parte secunda,uer.* 1.*ubi dicit, quòd ordo iudiciarius propriè dicitur in istis consistere, quæ aguntur inter litis contest. & sententiam, cùm litis contestatio sit exordium, & ante eam non dicatur quis agere,sed agere uelle, ut l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi.* Et *ergo ea, quæ præcedunt litis contesta.non sunt propriè de ordine,sed præparato*-*ria dicuntur, & de his est totus primus liber* Decre*talium,& principium secundi libri,usque ad ti.de lit. contes.& illud quod tractat Guil.in Spe. in tota pri*-*ma parte,uidelicet circa personas iudicum, arbitro*-*rum & aßeßorum, actoris rei & aliarum persona*-*rum, suo uel alieno nomine agentium uel defenden*-*tium,aut adminiculum præstantium in iudicio inter*-*uenientium,& etiam in secunda parte usq; ad titulũ, De litis contest.Sunt & alia præparatoria,quæ etiã competunt post litis contest.de quibus in Spe. de dila.§.1. uer. de præparatoria, de quibus suo loco patebit.*

componendũ quàm ad contendendum.

Litis contestatio.

¶Processus iudi.diuiditur in tres partes.

¶*Istis præmißis uenio ad propositum, scilicet ad declarationem proceßus & ordinis iudiciarij,re*-*gulatim totum ipsum proceßum diuidendo in tres*

par-

partes, sicut etiam diuidit Specu. in parte secunda, in principio. Pars prima, à prima uocatione siue citatione incipit, & durat usque ad litis contest. exclusiuè. Secunda pars incipit à litis contestatione, & durat usque ad sententiam diffinitiuam exclusiuè. Tertia incipit à sentētia diffinitiua, & durat usq; ad eius effectualem executionem, si non fuerit appellatum, aliâs si fuerit appellatum, suspenditur executio, quousq; appellationis causa fuerit finita, de iureiu. uenientes cum suis concor.

Prima pars.

Secūda pars.

Tertia pars.

De his quę expediunť in prima parte iudicij.

¶In prima parte expediuntur illa, quæ occurrūt circa competentiam uel incompetentiam iudicis, & eius iurisdictionem, uidelicet an iurisdictionem habeat in reum uel non. & si habeat, an sit declinabilis, uel recusabilis. Item circa personam actoris legitimã, an habeat personam standi in iudicio, uel non, de stabilitate & idoneitate personæ rei, non quæritur nec disputatur, quia ex quo uocatur ad iudiciū, qualiscunq; sit, se defendere potest. Vnde dicitur, si diabolus esset in iudicio, ut reus, non esset defensio sibi deneganda, cùm sit iuris & æquitatis naturalis, de excep. cum inter. Vnde dicit ibi Inno. quòd reus non habet firmare uel legitimare personam suam in iudicio, sed hoc ipso firmabit, quòd uocatus est cùm necessariò habeat respondere de iudi. c. Intelleximus. Et iudicium redditur in inuitum. ff. de uerborum obliga.

inter stipulantem,& hoc in reo necessario. Item quæritur in eadem parte de persona procuratoris, an potest stare in iudicio, de proba. post cesionem, uel an habeat sufficiens mandatum. de procura.c.1. & similia expediuntur ibidem. Item de loco iudicij, an sit tutus & idoneus reo, de appella.ex parte,& est primũ. Item de forma libelli, de iudicijs examinata. De his & consimilibus, uisum est præuiè, quasi de præambulis ad iudicium. Item quæritur de competentia uel incompetentia fori, de legitimatione uel stabilitate personarum, in iudicio interuenientium, de idoneitate uel refutatione loci. Item de aptitudine uel ineptitudine libelli, sufficientia uel insufficientia mandatorum procuratorum,& huiusmodi,& non tractantur ibi, quæ sunt negocij principalis, uerùm regulariter hoc dico ideo, quia fallit in certis casibus, de quibus in. c. 1. de litis contesta.li.6. qui patebunt in processu. In secunda parte pertractatur negociũ principale, ut ibi uidebimus. In tertia parte imponitur finis ipsi negocio per sententiam. ff. de re iudi.l. 1. & condemnatum producitur ad effectum, executione de re.iu cum aliquibus de offi. dele quærenti. Sed antequàm inchoemus processum. Sciendum quòd actor debet adire iudicem rei. C. de iurisdi. omnium iudicũ iuris ordinem, quia est regula de hoc tradita in.c. cum sit generale de fo. compe. cum concor. sed hoc fallit in multis casibus, in quibus sortitur reus non forum sui iudicis, de quibus

De secunda parte.

De tertia parte.

in.c.ulti.de fo.compe.& maximè est de cõsuetudine, quòd clerici trahunt laicos ad iudicem ecclesiasticum, in caussa ciuili, per c.cũ sit iã alle. Et notat Bern. in. c. si clericus.eo.ti.in ult.glo.& Guil.in Spe.de cõpe.iud. adeun.in addit.§.1.in prim. Itẽ potest reus iurisdictionẽ nõ sui iudicis in se prorogare tacitè, de fo.cõpe.dilecti. scilicet contrahendo, uel soluere promitten. & tenetur respondere in certo loco, eo.ti.c. significasti hoc uerum de iudice ordinario, secus de delegato. de offi.iu.dele.p.&.g. Ad hoc tamen clericus, quòd ualeat iurisdictionem non sui iudicis in se prorogare, plura requiruntur, quæ concurrere debent, ut in dicto.c.significasti, & ibi notantur. An autem quis semel prorogando potest pœnitere, & iudicium iudicis prorogati declinare. Recurrendum est ad.c.1.de iudi. & quæ ibi notari consueuerunt. Sed quis sit competens iudex alicuius. ¶Additio. Et adnotata per legistas.in.l.si conuenerit, & in.l. cùm quædam puella.ff. de iure omnium iudicum.

¶Diuisio iudicum.

PRo isto est aduertendum, prout dicit Guil. in Spe.parte 1.ti.1. Iudicum alij delega. alij ordinarij, alij auditores, alij assessores, alij arbitrarij, alij arbitratores. Vel potest dici distinguendo duo membra tantũ, scilicet, quòd omnis iudex aut est delegatus, aut est ordinarius, quidam tamẽ est mixtus, sicut auditor palatij apostolici, qui nec est delegatus, nec ordinarius,

narius, sed potestas eius se habet ad utrunq;, quia habet ordinariam in cognoscēdo, & delegatam in pronunciando, ut notatur in Clemen. auditor de rescrip. Et quod in Spe. ponit Guil. auditorem intelligi de eo, cui certus articulus caussæ expediendus cōmittitur. Et si Guil. intelligit de articulo habente caussæ cognitionem annexam, tunc talis auditor est delegatus. Si de nudo articulo, non habente caussæ cognitionem, ut est examinator testium, tunc non est iudex talis auditor, sed nudus minister, de quo in. c. super quæstion. de offi. dele. in Cle. auditor. eo. ti. Et ideo nō debet poni istud membrum, scilicet de assessore, quē non oportet inter iudices enumerare, quia propriè iudex non est, ut suo loco patebit. Similiter arbiter, uel arbitrator, propriè non est iudex, quia priuata persona potest arbiter eligi, sed per actum priuatorum non datur iurisdictio, aliâs eam non habenti, ut patet de foro cōpe. c. si diligen. & c. significasti. Sed ideo Speculator enumerat eum inter iudices, quia arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum, ut in. l. 1. ff. de arbi. ¶ Itē arbitrium est uoluntarium, sed iudicium redditur inuitum, ut sup. dictū est. Delegatus est, qui ex alterius cōmißione, alicuius caussæ recipit iudicialem cognitionem, de offi. dele. super & ille si est à principe delegatus alium subdelegat. ¶ Additio. Et idem si est delegatus à procōsule. l. cùm prætor. §. 1. ff. de iudicis. l. legatus. ff. de officio proconsulis, & le. & idem

Auditor.

Arbiter.
Arbitrator.

in delegato ad uniuersitatem caussarum.l.1.ff.quis & à quo.appel. Vnde subdelegatus est, cui caussa, uel aliqua pars caussæ a delegato secundo loco committitur, ut ibi & sic subdelegatus dicitur delegatus. Conseruatores etiam & executores sunt delegati, de offi.dele. c.1.& ul.li.6. Ordinarius est, qui iure suo, uel principis beneficio, uniuersaliter iurisdictionem exercere potest.ff.de iuriscon.iu.l.more Maiorum & sequenti. Papa ergo est ordinarius singulorum. 11. q. 3.cuncta per mundum. &.c.per principalem. Item Episcopus in sua dioe.& dominus temporalis, in cuius territorio quis domicilium habet, ut in l.hæres absens: ff.de iudi.de fo.compe.c.ul.isti sunt ordinarij, & cõpetentes iudices, domini tamen temporales non fundant intentionem suam de iure communi, contra homines in territorio suo, sicut Episcopi in diœcesibus suis, pro quo notatur in. c. super eo.de parochijs, & in. c.1.de reli.Domini. Item inferiores possunt esse ordinarij, & habere ordinariam iurisdictionem, ex priuilegio, uel ex consuetudine de offi. ordi.cùm ab Ecclesiarum de fo. compe.cùm contingat. Archiepiscopus uerò non est iudex ordinarius subditorum, suffraganeorum suorum, sed solùm in diœcesi sua, & super suffraganeos habet ordinariam potestatem.ut in.c. pastoralis.de offi.or. Vnde non potest adiri per simplicem querelam à suorum subditis suffraganeorum, nisi in casibus, ut ibi. Item legatus est ordinarius

Subdelegatus
Conseruatores.
Ordinarius.

in prouincia sibi decreta, ut in c. 1. de offi. dele. li. 6. ¶ Additio. Et sic in eadem dioecesi possunt cōcurrere tres ordinarij, scilicet Papa, legatus & Episcopus no. in c. si à sede de præbendis, lib. 6.

¶ Quando actor primò debet incipere eundo ad iudicem.

SEd qualiter adeundo iudicem, actor debet se habere, tractat Guil. in Spec. de compe. iudi. ade. §. uiso, quia si est ordinarius, actor per se uel per procuratorem, accedit ad eum hora congrua, & cùm sedet pro tribunali, non quando legit, uel quando est in diuinis, nec in uia, &c. Et sic factum suum corā eo proponat per se, si est discretus, alioquin per alium, de iudi. c. pastoralis, & petat aduersariū citari ad iudiciū, seu uocari ad caussam, de iudi. c. 1. quia per citationem debet inchoari processus. Est enim citatio fundamentum ac principium ordinis iudiciarij insti. de pœna temerè liti. §. fi. de quo in glo. c. ecclesiæ sanctæ Mariæ, de consti. sicut litis contesta. est fundamentū ipsius litis, seu iudicij, de quo dictum est supra, quia omnium actionum instituendarum, principium ab eadem parte dicti constituitur, quæ est de in ius uocando, ut dictum est suprà in. §. fi. insti. de pœna. te. liti. Si iudex est delegatus, accedat ad cum, ubicunque inueniat ipsum, quia certo loco seu consistorio quandoque caret, in loco tamen honesto, & hora congrua, de offi. dele. c. consuluit, pro quo notatur in ca. quàmuis de appell.

Citatio.

De iudice delegato.

in Clemen.literam cõmißionis ſibi præſentet,& tunc incipit iuriſdictionẽ habere,de appel.c.ut debitus,requirens eum humiliter, ut mandatum apoſtolicũ exequendo,aduerſarium citet, & ſine mora decretã citationem obtineat ad effectum iuriſdictionis perpetuãdum de offi. dele. c. gratum,& an per ſubdelegationẽ perpetuetur iuriſdictio,recurrendum eſt ad notata.c.quamuis de offi.dele.li.6.¶Item facit ipſam citationem,ab ordinario,uel dele.decretam,citius exequi cõtra aduerſarium,ne per ipſum aduerſarium coram alio iudice poßit conueniri, ut legitur & notatur in allega.c.ut debitus.Ad intelligentiam iſtius aduertendum eſt,quòd in pluribus ordinarijs eſt quandoq; gradualitas, quandoq; accumulatio fori, ut notatur in.c.cùm ab eccleſiarum.de offi.ordin.& in. c. cũ contingat de fo.compe.& ubi eſt pluralitas iudicum, per modum accumulationum,locus eſt præuentioni, ut qui primò citat,ſit iudex,aliâs ſecus, idem in delegato & ordinario,ut in. c. ut debitus ſupra alleg. & iſta præuentio fit per citationem, & ibi poteſt etiam fieri præuentio per domicilij mutationem,de fo.compe.c.propoſuiſti. ¶Item ad effectum litis pendentiam inducendi acceleret, ad procurandum citationem aduerſario intimari. Ex quibus collige tres citationis effectus.

¶Quotuplex ſit citatio.

IVdex ergo ad petitionem actoris habet decernere partē reā esse citandā, & potest fieri huiusmodi citatio per literas iudicis, uel uiua uoce: uiua uoce fit multipliciter, quandoq; per ipsum iudicem, qui ore proprio citat, quandoq; per tabellionem, quia per nūcium potest fieri, ut postea dicetur: ergo fortius per tabellionem, & potest ipse tabellio talem citationem per ipsum factam, testari, & scribere se citasse, quandoq; per partem, in uim tamen prouocationis ad caussam, de appel. cùm sit in. c. bonæ, quandoq; per nunciū, de offi. dele. c. prudētiā, de appel. cū parati, de quo in Spe. de citationibus. §. sequitur, & nota in. c. quoniam de proba. Fit etiam, ut dixi, per literas, & quid debent continere literæ citationum, patebit inferius: & ponit etiam Guil. in Spec. ti. de citationibus. §. iam citationē. Et potest etiā addi tertiū mēbrum, uel tertius modus citādi, ut dicit Io. An. in additi. Spe. de citatiōi. §. sequitur, uidelicet quòd fit citatio ipsa re, ut cū persona capitur, & tutior ducitur ad iudicium, de qua scripsit Io. An. in. c. Romana. §. cōtrahentes de foro cōpe. lib. 6. ¶ Additio. Fit etiā citatio per edictū Cle. prima, de iudi. l. cōsentaneæ. C. quomodo & quādo, & ibi Bar. & Bal. in. 2. nota, Fit etiam citatio per proclama. & uoce præconis, authen. qui semel. C. quomodo & quādo iudex. Fit etiā per sonum cāpanæ, ut in actibus uniuersitatis Bar. l. 2. C. decurio. lib. 10. Si ergo iudex est delegatus, qui acceditur. Rescripta seu literas

Citatio, per edictum proclamatio.

commißionis ſuſcipiat reuerenter & deuotè, quia per ſalutationem & benedictionem inducuntur effe-ctus, de quibus in procœmio ſexti.

Quomodo præſentatur & recipitur reſcriptum Apoſtolicum.

QValiter præſentator in præſentando, & iudex in recipiendo & inſpiciendo reſcriptum debet ſe habere, tradit Guil. in Specu. de reſcrip. præſentatione. §. i. in prin. & dicit ſic, quòd debet fieri hoc modo. Adſit enim publicus notarius, uel duæ perſonæ idoneæ, & in eorum præſentia impetrator, reſcriptum apoſtolicum præſentet iudici, dicens: Papa uos ſalutat, & hanc literam, & ſuam benedictionem uobis mittit, mandat, quòd ſecundum eius tenorē procedatis. Iudex autem ipſum reuerenter birreto depoſito, ac capite inclinato, ſuſcipiat, ſi clauſum eſt, quod fit quandoque, cùm uni ſcribitur. Sic cautè ipſum aperiat, ut filum cum bulla literæ ex una parte adhæreat, ſicut prius utriq; adhærebat. Nam ſi bulla ex toto alteraretur, nulla prorſus ei fides relinquetur, ar. de cri mi. falſi. c. licet. Poſt hoc confeſtim ipſum legat, & totum tenorem & bullam, & ceram, & ſtylum, & ſigillum diligenter inſpiciat, quia iudicantem oportet cuncta rimari, & rerum ordinem plena inquiſitiōe diſcutere. 35. q. 5. iudicantem de fide inſtru. cum Iohannes, & ſi inueniat ipſum falſum uel uicioſum, ipſum reijciat, nec ei fidem adhibeat. 9. di. ſi ad ſacras, imo ſi

cuiu

euidens falsitas est, afferentes capiantur, ut de crimine falsi audientiam.19.di.in memoriam, sed tamen in literis de simplici iustitia non præsumitur de facili falsitas, de cri.fal.ca.1.His ergo diligenter inspectis, si sine uitio illud iudex uiderit, ipsum recipiet & præcipiat notario, si pars cum requirat, ut tam de præsentatione quàm de receptione fiat publicum instrumentū.

¶Quomodo notarius debet cautus esse in factis suis.

ET dat Guil.notario hic bonam doctrinam, dicēs: Sitq; cautus notarius, ut ipse diligenter inspiciciat, nam cùm oportet eum in suo instrumento asserere, se uidisse integrum & incorruptum, si post contrarium appareat eius instrumentum, non immeritò redarguitur falsitate, nisi uitiū probetur postea subsecutum. Caueat etiam notarius ne falsum aßerat, de fide instru.inter dilectos. Inter actorem etiam & reū hoc cautum eße debet. Nam si falso rescripto utuntur, grauißimè punientur, quod dic ut de crimi.fal. ad falsariorum. ¶Additio. Et plus punitur, qui utitur falso rescripto, quàm qui utitur simplici falso instrumento.l.maiorem.C.de fal. Et etiam iudex, si scienter talis rescripti auctoritate procedit, ut eo.ti.super eo.& c.quàm graui, & reus fatuus est, si per huiusmodi rescriptum se permittat conueniri, ut eo. ti. per totum de procura.c.in nostra, & quomodo super præsentatione & receptione rescripti fieri debet, ad mandatum

tum iudicis instrumentum per tabellionem, ibi etiam tractat Guil. Et quòd totus tenor rescripti scribatur inter acta, per notarium, uel per duas personas idoneas, ut de proba. c. quoniā cōtra. & scribet notarius sub hac forma. ¶ *In nomine Domini amen. Anno, hora, in oppido, diœcesi, in curia talis Præpositi, & corā eodē domino Præposito, in meiq; notarij publici, & testium infra scriptorum, &c. constitutus clericus uel laicus talis diœcesis rescriptum apostolicum, uel literas apostolicas, cuius uel quarum tenor inferius scribitur. Vera ipsius domini Papæ bulla plūbea, & cordula canabis pendente, more Romanæ curiæ bullatas, sanas, integras ac illæsas, ac omni prorsus uitio, ac suspicione carentes, prædicto domino Præposito præsentauit, eumq; humiliter requisiuit, quatenus in causa siue caußis huiusmodi, sibi cōmißis, aduersus talem procedere, & eundē citare, seu iteras citatorias contra ipsum sibi decernere & cōcedere, & iustitiā facere dignaretur. Quod quidē rescriptū, uel quas quidē literas, idem dominus Præpositus ad se recepit reuerenter, uidit & perlegit, ac eius uel earum tenores in actis caussæ sibi cōferri mandauit & citatiōis literas contra præfatum fieri decreuit.*

¶ Tenor rescripti ponatur in actis.

TEnor autem rescripti seu literarum commißionis, talis est. Io. episcopus, seruus seruorum Dei, &c. Quando ergo tenor rescripti redactus est

in

In actis, fidem facit etiam si rescriptum perderetur, de quo in. c. cùm in iure de offi. dele. de priuile. in. c. cùm olim cum similibus. Et *sciendum est, quòd tabellio debet prædicta conscribere, quia officium est tabellionis, omnia quæ occurrunt in iudicijs, secundũ iudicis præceptum sigillatim & ordinatè scribere, & partibus exemplar tradere, exemplar traditorum retinere, ut no. per Hosti. de proba. c. quoniã contra.* Si *autem fit citatio per nuncium, scribat sic notarius.* Talis *iudex iniunxit tali nunciò suo, ut talem citaret ad petitionem & instantiam talis, tali die. no. in. c. quoniam contra supra allegato.*

Officium tabellionis.

¶Forma citationis iudicis delegati.

F*Orma citationis iudicis delegati, est talis.* N. De*canus ecclesiæ, talis diœce. iudex caussæ, & partibus infra scriptis, uel iudex ad infra scripta à sede* Apo*stolica specialiter deputatus.* V*niuersis & singulis* A*bbatibus,* P*rioribus,* D*ecanis, dominis, rectoribus, clericis, & notarijs publicis, quibuscunq; per ciuitatem & diœcesim, talis ac talis ubiq; constitutis, & specialiter tali ac tali plebano salutem in* Domino, *& mandatis nostris, imo uerius* A*postolicis firmiter obedire, literas sanctißimi in* C*hristo patris &* D*omini nostri, domini* P*ij, diuina prouidentia* P*apæ secundi, eius uera bulla plumbea, cum cordula canabis pendente, more* R*omanæ curiæ, bullatas, sanas,*

inte-

integras & illæsas, ac omni prorsus uitio & suspicione carentes, nobis in notarij publici, testiumq; infra scriptorum præsentia, per talem in eisdem literis nominatum, præsentatas, nos cum ea, qua decuit reuerentia, noueritis recepisse, quarum tenor dinoscitur esse talis. Io. Episcopus, seruus seruorum &c. post quarũ quidem literarum præsentationem & receptionem, fuimus per prædictũ. N. humiliter requisiti, ut in caussis uobis delegatis, aduersus talem, ex aduerso in eisdẽ literis principaliter nominatum, procedere, citatorias literas contra eum decernere, & iustitiam sibi ministrare dignaremur. Nos igitur Decanus, iudex prædictus, uolentes apostolicum mandatum exequi, ut tenemur, uobis & uestrum cuilibet, in uirtute sanctæ obedientiæ, & sub excõmunicationis sententia, quam in uos & quemlibet uestrum præsentis mandati contẽptores uel neglectores, in his scriptis trium tamen dierum canonica monitione præuia ferimus firmiter, & districtè præcipientes, mandamus, quatenus accedatis, quo propterea fuerit accedendum, & præfatũ. N. publicè citare curetis, quem & nos peremptoriè citamus per præsentes, ut die tali, uel ut die 12. à præsentium insinuatione uel publicatione computando, quorum dierum quatuor pro primo, quatuor pro 2. & reliquos quatuor dies pro 3. & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus, compareat per se, uel per sufficientem procuratorem, in curia

habi-

habitationis nostræ, hora tali coram nobis, tali de iustitia responsurus, citantes, & eundem ad omnes actus iudiciales in iure obseruari consuetos, gradatim & successiuè, usque ad sententiam diffinitiuam, inclusiuè cùm in terminatione, quod siue comparuerit, siue nõ, nos nihilominus, quod iustum fuerit, faciemus, diem autem uestræ citationis ac formam, & quicquid feceritis in præmissis, nobis per uestras patentes literas, harum seriem literarum continentes, aut instrumentum publicum fideliter rescribatis. Datum *& actum tali loco, tali anno, modo, sub sigillo.* Sciendum, *quòd ista forma cõmuniter frequentatur, quàmuis sub alijs uerbis ponat Specu. in ti. de cita. §. iam de citatione. uer. uiso. & ista forma sonat de unico iudice delegato.*

¶Quandoque dantur plures iudices delegati vnico rescripto.

SEd *quandoque dantur plures, scilicet duo uel tres, & isti quandoq; dantur simpliciter de offi. dele. c. caussam, quandoq; cum diuersis clausulis, quia quandoq; cum clausula, quòd si non omnes intereße poterunt, duo aut unus uestrum nihilominus exequatur de offi. deleg. c. prudentiã, in princi. & c. cùm super. & quandoq; cum clausula, quòd si ambo intereße non poteritis, alter uestrum nihilominus exequatur, & hoc, quando sunt duo iudices, ut in. d. c. prudentiam in. §. idem. quandoq; cum clausula, quatenus uos uel duo, uel unus uestrum, & prima clausula ponitur*

in

In rescripto appellationis, cui contradicitur in audientia literarum contradictarũ: quandoq; partes non conueniunt in unũ iudicẽ, quia tunc dantur tres cum clausula (quatenus si non omnes interesse poteritis) & quælibet partium eligit unum, & cancellaria dat tertium: & tunc omnes tres habent procedere, nisi tertius se excuset, ut in dicto capite prudentiam. Vltima clausula frequentatur in literis conseruatorum, quãdo dantur conseruatores ecclesijs uel uniuersitatibus studiorũ, quia tunc ponitur clausula, (quatenus uos uel duo, aut unus uestrum) &c. & tunc quilibet in solidum procedere potest à principio. Secũda forma est, per quã dãtur duo iudices cũ clausula, (quòd si nõ ambo) hodie non est in usu: Quando ergo dantur plures iudices cum prædictis clausulis, tunc de huiusmodi clausulis debet fieri mentio in citatione sic. N. Decanus ecclesiæ talis. &c. iudex uel cõseruator, uenerabil. & circumspectis uiris, magistris, doctoribus & scholaribus Vniuersitatis talis, &c. unà cum certis nostris in hac parte collegis, cum clausula, (quatenus uos uel duo, aut unus uestrum) &c. à sede Apostolica delegatus. Quòd autem delegatus, debet præmitti & præponi, patet, quia ipse repræsentat personam domini Papæ, de offi. dele. c. cũ olim cũ concor. Et quãdo sunt plures delegati, tunc maior & dignior debet præponi, de quo in Specu. de cita. §. iam de citatione. uer. præal. Circa quod moue-

tur

tur unum dubiũ facti, ponamus, quòd caussa delegata fuit olim episcopo Leodiensi. nunquid postea cum ecclesia ista fuerit metropolitica, ipse factus Archiepiscopus, procedere poterit in caußa prius coram eo inchoata? Io. An. in addi. Spe. ti. de dele. §. licet. uer. restat, tenet, quòd sic etiam, si nomen propriũ eßet expreßum in cõmißione. Ratio, quia per dignitatem Archiepiscopalem non deseruit eße Episcopus, unde & Papa uocat se Episcopũ, ut in. l. eos in fi. C. de excusa. mu. li. 10. in fine. Istud dubiũ moueri potest propter ludẽtes ad scacos, nã ut ibi dicit Io. An. per candẽ legẽ fuit iudicatũ, quòd qui in ludo scacorum conuenit mactare socium cum pedona, facta regina erit uictor, pro quo Ioan. An. in addit. Specul. ubi supra. plures rationes adducit, dicit tamen ibi, quòd Paduæ audiuit pronunciari contrarium. Concordãdo distinguit, dicens primùm procedere, quando cõuentio fuit facta de certa pedona, secus, quando de certa nõ est cõuentum. ¶Additio. ¶Et nota, quòd si delegatio fuerit facta sub nomine dignitatis, talis delegatio transit in succeßorem. c. quoniam Abbas. de officio delegati, quæ regula fallit in aliquibus casibus. Primò fallit in commißione facta legata, quia illo mortuo uel reuocato, non cognoscit succeßor, cùm dignitas illa dicatur in totum extincta, secundum Panor. & Inno. in. decreto. c. quoniam Abbas. & idem dicunt quidam de delegatione facta uicario Epi-

Quando delegatio trãseat in successorẽ.

Episcopi,& de hoc dic.ut per Panor.in decreto.c.fal lit etiam in delegatione facta canonico. quia talis non transit in successionem,cùm canonicus propriè non dicatur habere successorem,ut nota.in.c. quod sicut de electione,& hoc tantũ Bal.in.l.si plures.C.de cõdi. insertis gemi.in.c.statutũ,de rescrip.li.6.imo. in Cle. 2.de rescrip.an autem compromissum, factam sub nomine dignitatis, transeat ad successorem.Vide per Bal.in.c.1.uer. sed ponit de inuestitura in maritum fac.ubi concludit,quod non.Item in forma mandat delegatus omnibus,& super illos habet iurisdictionem, quantum ad hoc,quia aliâs sua iurisdictiõ non potest bene explicari.de offi.dele.c.1.&.c.præterea, de quo in Spe.ti.de cita.§.iam de citatione.uer.quid si delegatus excõmunicat.& sequen.An autem tenor rescripti debeat totus inseri in citatione, legitur & notatur in.c.2.de dila.Et no.Io.teu.in glo.5.q.2. c. si Episcopus,ubi concluditur hoc fieri cõmuniter, & aliâs non ualere citationem de hoc no.in.c. ueniens de accu.super ul.glo. Sed nunquid debet mittere citator rescriptum bullatum citato. & respondetur, quòd non,ut no. in. c. 2.de dila. Aliqui etiam inserunt in citatione libellum,de quo in.c.2.iam alle. Item in forma citatur reus ad respondendum actori de iustitia. Aliqui citant primò ad dicẽdum contra cõmissionem, quicquid dicere seu opponere uoluerit, contra eam & iste terminus seruatur in curia pro substantiali. Item

An tenor rescripti debeat totus inseri in citatione.

Item quòd iudex poßit & debeat comminari, probatur. in. c. cùm ex literis de restitu. in inte. & in Specu. ti. de cita. §. hoc uiso. uer. item iudex. Itē in forma citationis opponitur, quòd executor debet rescribere diem & horam, de hoc no. in Specu. ti. de cita. §. ul. uersi. si uerò mandata. Iudex delegatus quandoq; non procedit per se, sed caussam sibi commissam subdelegat, & tunc erit forma subdelegationis ista.

¶Forma subdelegationis.

NOs Decanus Ecclesiæ, iudex caussæ & partium infra scriptarum, à sede apostolica specialiter delegatus honorabili uiro tali, salutē in Domino. Literas sanctißimi in Christo patris, &c. noueritis nos recepiße sub hac forma uerborum, Ioannes episcopus, &c. sed quia nos tam nostris, quàm Ecclesiæ nostræ negocijs legitimè præpediti cognitioni & decisioni negocij huiusmodi, ad præsens uacare & intendere cōmodè non ualemus. Idcirco de uestra legalitate plurimū confisi, uobis, in hac parte cōmittimus uices nostras, donec eas ad nos duxerimus reuocandas. Et aliqui subiungunt mandatum uidelicet, mandantes uobis, quatenus in negocijs huiusmodi procedatis, secundum traditam à sede Apostolica nobis formam, & aliàs, prout de iure fuerit procedendum: in cuius testimonium literas præsentes fecimus nostri sigilli appensione muniri, datum. &c. Hic aduertēdum est, quòd licet ponat in forma subdelegationis, sed

quia nos tam nostris &c. tamen potest fieri subdelegatio pro sola uoluntate, dato etiam quòd non fuerit aliquo legittimo impedimento prępeditus delegatus, de offi.dele.c.pastoralis, ut ibi per Inno. Sed si uelit maliciosè se exonerare, tunc subdelegatum compellere nequit ad caussam recipiendam, si de malicia constat, ut ibi, & potest fieri etiam inuitis partibus, eo. ti. super quęstionum, & subdelegatus delegati habentis iurisdictionem, habebit etiam coërcitionem, aliâs delusoria uideretur eius iurisdictio, eo. ti. ex literis. Delegatus autem subdelegatum sui collegę non tenetur admittere, de quo in.c.coram.eo.ti. Item dicitur in forma cōmittimus plenariam &c. uel donec, &c. in isto est magna diuersitas, quia si est delegatus simpliciter, tunc censetur subdelegatus in toto, & si ipse subdelegatus incipit uti iurisdictione, non potest à delegato reuocari. Item si à subdele. fuerit appellatum, tunc si est datus, non in totum appellatur ad delegatum, datum cum clausula (appellatione remota) & nō ad Papam, ut in.c.cum te.eo.ti. Et idem si solam executionem sententię sibi reseruauit, ut in. c. si delegatus in fi.de offi.dele.lib.6. Sed fallit in duobus casibus, in quibus non appellatur ad delegatum, sed ad Papam, de quibus in.c.si is cui, &.c.si à subdelegato, eo.ti.lib. 6. Et quando est unicus delegatus, an potest pluribus subdelegare, nota in.c.cum te.eo.ti.allega. dicitur in forma mandantes, &.c. quia delegatus potest cont-

A subdelegato ad delegatū appellatur

p ela

pellere subdelegatum, ad caussam suscipiendam, nisi constet, quòd ex malicia se uelit exonerare, ut dictũ est. ¶Additio. ¶Et sic habes unum casum, in quo quis non cogitur acceptare officium iudicandi: alius casus est in.l. sancimus in fi. C. de aduocatis diuersorum iudi. alius est in.l. unica. C. qui pro sua, & in. c. Romana. ff. 1. de foro compe. lib. 6.

¶Item dicitur in forma, in cuius testimonium &c. nam subdelegatio probatur per literas delegati, solo sigillo suo sigillatas.

¶Forma reuocationis iudicis subdelegati.

DVdũ literis apostolicis huiusmodi nobis praesentatis, ac per nos cum debita reuerentia, ut decuit, receptis nos forma & tenore earundem diligenter inspectis, attendentes, quòd pro tunc arduis & legitimis nostrae Ecclesiae, ac alijs praepediti negocijs, earum executioni debitae, prout uoluissemus intendere, non poteramus. Vobis dominis. N. &.N. supradictis, & uestrum cuilibet in hac parte commisimus uices nostras, donec eas ad nos duceremus reuocandas, prout in nostris literis desuper confectis plenius continetur. Et quia de executione praesenti huiusmodi literarum apostolicarum personaliter, prout tenemur intendere, uolumus idcirco propter hanc & certas alias caussas, animum no-

ſtrum ad hæc mouentes huiuſmodi per nos uobis factas cõmiſsiones, tenore præſentium duximus reuocãdas, ac omnes & ſingulas cauſſas coram uobis, aut altero ueſtrum, in uim huiuſmodi per nos uobis factas cõmiſsiones, quomodolibet inter quoſcunq;, & ſuper quæcunq; intentas in ſtatu, quo coram uobis aut altero ueſtrum, tempore notificationis huiuſmodi noſtræ reuocationes fuerint & exiſtant, ad nos ex certa ſcientia aduocauimus & aduocamus per præſentes. Quæ omnia & ſingula uobis omnibus & ſingulis ſupradictis, & alijs, quorum intereſt, aut ſua intereſſe putãt, tenore præſentium intimamus, & ad ueſtrum, & cuiuslibet ueſtrum notitiam. &c.

¶Forma citationis iudicis ordinarij, & declaratio eiuſdem.

OFficialis curiæ Epiſcopalis Leodienſis plebano ſeu rectori Eccleſiæ talis, Salutem in Domino. Vobis in uirtute ſanctæ obediẽtiæ firmiter & diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus accedatis, quo propterea fuerit accedendum, & talem ad noſtrã præſentiam citare curetis, quem & nos citamus peremptoriè per præſentes, ut tali die compareat in iudicio legitimè coram nobis, querimonijs talis finaliter reſponſurus. Datum die tali, noſtro ſub ſigillo. Talis forma eſt breuis, quia eius iuriſdictio iam eſt radicata & fundata à iure, ex quo eſt iudex ordinarius, proprius & naturalis ipſius citandi. Vnde non oportet

tet in citatione exprimere caussam, ex qua competat sibi iurisdictio, seu quare habeat iurisdictionem super eum, sicut facit delegatus, quando recipit rescriptum Apostolicum, &c. ut in forma. Item talis citatio dirigitur plebano, in cuius parochia degit ipse citandus, & habet domiciliū, & cōmittitur sibi citatio facienda. Posset tamen ipsum uocando dirigi & ad eum mitti, sed quia tutius est citationem per alium fieri, qui de hoc testificetur, quia per citatum poßet occultari, de quo in Spe. de citatione. §. iam de citatione. uer. & igitur, & notatur de dolo & contu. c. ul. Cōmittitur ergo alijs ut citent, ut per eorum relationem constet de citatione, ut ibi no. Item in forma citationis ponitur uerbum peremptorium. Dicitur enim peremptoriū eò, quòd disceptationes perimit, ita dicit. l. & tertiū. ff. de iu. & perimit disceptationes, id est, ultra non patitur aduersarium tergiuersari, de quo per Io. An. in addit. Spe. ti. de cita. §. uiso. Aduertendum est, quòd in prima citatione non est mittendum peremptorium, ut in. l. consentaneum. C. quomodo & quando in auc. qui semel, nisi fuerit ex caussa, ut in. l. contumacia. ff. de re iu. Debet ergo reus tribus citari edictis, & tunc tertium edictum est peremptorium, etiam si non exprimatur, ut no. 3. q. 2. in summa. Sed quia ex caussa potest uocari reus unico edicto peremptorio, uidelicet propter distantiam uiarum, uel si res celeritatem desiderat. ut in. c. cùm ex literis de resti. in inte. Et sic

Peremptoriū

uenit in usum, quòd communiter iudices mittunt nisi unam citationem & perempto. & ualet, nec propter hoc solum potest appellari, ut dicit Inno. in alle. c. 2. de dila. ubi dicit, quòd sola peremptoria aßignatio, prima uice facta, non est caussa sufficiens ad appellandum, debet tamen continere istud peremptorium cõpetentia interstitia, & interualla temporum, ut 24. q. 3. de illicita, & no. in. c. 1. de dila. & quanta temporum interualla continere debet, arbitrabitur iudex ex distantia uiarum, negocij, personarum, ac temporis qualitate, ut in. c. cùm ex literis, de resti. in inte. no. in. c. 1. de dila. de quo etiam in Spe. ti. de citatione. §. nunc de temporum. Si tamen fierent tres citationes, tunc si reus in primo citationis termino non uenit, reputatur contumax, quo ad hoc, ut teneatur actori comparenti ad expensas, ut no. de procura. c. querelam, & in Specu. ti. de expen. §. iuxta. uer. sed quæritur. Sed pro contumacia huiusmodi non infiruntur aliæ pœnæ cõtumaciæ, quia talis non constituitur contumax, quo ad hoc, ut posset pro tanto excommunicari, uel mißio contra eum fieri, ut not. iu. c. ul. de dolo & contu. nisi in prima citatione responderet se non uenturum, quia tunc contumacia esset notoria. Si ergo in citatione non esset uerbum peremptorium, citatus non cõparens, excõmunicari nõ potest, nec patietur mißionem, saltẽ si citatio non est ante iudiciũ. Quid autẽ de citationibus iudicialibus, quæ occurrunt in proceßu

iudicij, faciendum sit, postea patebit. Sed quando citatio est unica & peremptoria, licet tres terminos contineat, sufficit tantũ uno termino parere, & solũ post ultimum erit locus pœnæ, de hoc in Specu. de cita. §. uiso. & per Io. And. in addit. Spec. de processibus executorum. ¶Additio. Vnum tamen nota, quòd quando statutum, requirit tres citationes in aliquo actu, puta in bannimentis uel alijs actibus, tunc non sufficeret unica peremptoria, ita tenet Bal. in l. cessante. C. quomodo & quando, & in c. 1. de milite uasallo, qui contumax est. Nota etiam, quòd ubi ad pœnam incurrendam ius exigit trinam monitionem, non sufficeret unica, licet peremptoria. glo. sing. in Clem. unica, & uerbo tertio, de uita & honesta Cleri. Item dicitur in forma, ut tali die compareas, si ponitur in citatione compareas feria sexta, uel die Mercurij, intelligitur de proxima feria sexta, uel die Mercurij per legem, eundem. ff. de uerbo obliga. uer. hoc notatur in. c. exposuit, de dila. Si autem dies illa sit feriata, in quam citatus est reus, an artet eum ad ueniendum siue comparendum, hoc potest contingere dupliciter, uel ibi exprimitur in citatione, compareas tali die Dominico, uel non exprimitur, sed dicitur compareas, decimo die, in istam diem incidit dies feriata. Innoc. in. c. ulti. de ferijs post recitationẽ opinionum uidetur placere finaliter, quòd licet in citatione exprimatur er-

ror dicendo compareas die Dominico, ut extunc in caussa procedamus, siue error tacitè insit, puta, dicitur in citatione, compareas die 10. & ille in diem Dominicum incidit, quòd semper citatus tenetur comparere. Ratio, quia in citatione duo uidentur mandata, quod tali die compareat, & si illa die non debet uel non potest, nihilominus uidetur sibi mandatum, ut cōpareat, quāto citius potest. Hosti. tenet contrarium, & cum eo uidetur tenere Richar. de Senis. Io. Caldri. uidetur dicere, quòd si error tacitè insit, tunc teneat citatio, quia tenuit à principio. Vnde licet tunc casus superueniens, mandatum suspendat, non tamen ex toto relaxat, & ita sequenti die tenetur comparere, secus si error expressus est, quia tunc negat citationem tenere. Ad hoc euitandum hodie, iudices sunt cauti in citationibus, sic dicentes. Decima die compareas, si iuridica fuerit, alioquin proxima die iuridica sequenti. Vnde consuluit. Io. An. in. c. ul. de ferijs, quòd hanc cautelam iudices seruent, maximè, quia posset esse, quòd apud iudicem nō esset dies feriatus, & apud citatum esset, ut ibi patet per textum, quem singuli Episcopi seruare debent, & ita seruant Curiales, & quandoq; alij iudices maximè delegati. An autem teneat citatio & arctet in casu conuerso, ut si fiat citacio die feriato, & citetur reus ad diem non feriatum. ibi etiam no. per docto. Finaliter Io. An. uult in Nouel. quòd teneat talis citatio, & distinguit triplicem actū

An teneat citatio si fiat die feriato.

in

in citatione.Primus actus est præceptum de citando, secundus est illius præcepti executio, uidelicet ipsius citantis, actus tertius est processus inchoatus ex tali citatione.Primus actus, ut dicit, non requirit caussæ cognitionem, & ideo potest fieri die feriato, ut in l. 2.C.de ferijs. Secundus actus eadem ratione similiter potest fieri die feriato. Tertius actus est quandoque inchoatiuus processus, iste cùm habet caussæ cognitionem, tali die nō potest expedire, remittit ad Spe. de cita.§.1.uer.item quòd citatio.Io.de Cal.tenet contrarium: & inter alias rationes mouetur, quia citatio est de processu, etiam per se & principaliter, ut de proba.c.quoniam pro hoc facit, quia per talem actum iurisdictio perpetuatur.Ex quo ergo est actus iudicialis, ut no.de offi.dele.c.licet, nō debet fieri die feriato: fortè hoc tutius ita seruatur. Quādo autem fit citatio, ut decima die compareat, &c.an tunc dies receptionis seu insinuationis, literarum citationis, computetur in numero dierum expressorum in citatione, notat Guil. in Spe.de cita.§.uiso.uer.penul.& de dila.§.1. sed pone & tenet quod non computetur.Item si in forma citationis non est apposita certa hora, uidelicet compareas die tali, tali hora scilicet uesperarum uel tertiarum.Ex quo non est præfixa certa hora, debet iudex expectare reum ad finem diei, usq; ad illam horam, quæ incumbit ante noctis tenebras expedire, de offi. dele.c.consuluit, de gratia tamen potest eum expe-

ctare in diem sequentem, ut ibi. Item nec de loco sit mentio, quia ordinarius certum habet auditorium, ut supra dixi. Secus est de delegato, qui debet certum locum aßignare, de rescrip. c. cùm olim in fine. Item dicitur in forma compareas legitimè. Vnde potest comparere per se, uel per procuratorem, ut postea patebit. Et delegatus non potest regulariter quem citare, ut personaliter coram eo compareat. Hoc tamen fallit in casibus, de quibus in. c. 1. de iudi. li. 6. Item dicit in forma, querimonijs talis responsurus, & non exprimitur caußa, propter quam citatur, sed per talem citationem non inducitur litispendentia, ut in Clemen. 3. ut lite penden. ad hoc ergo quòd faciat litispendentiam ad effectum, ut nihil potest innouari, requiritur, quòd citatio sit instruēs, scilicet quòd per eam constet, super quo debeat reus conueniri: item quòd à competente iudice sit facta, & quòd perueniat ad noticiam citati, ut in Clemen. 1. ut lite penden. De hoc tamen an in citatione sit caußa exprimenda, & quare fiat, uide Io. An. in addit. Specu. §. 1. super uerbo. Item quòd in ea nulla caussa, & ibi uidetur tenere, quòd exprimenda sit caussa, propter multas rationes, quas ibi adducit, sed cōmuniter non seruatur. Item citatur solum ut respondeat querimonijs actoris in caußis, in quibus potest procedi lite non contesta. de quibus supra feci mentionem, potest tamen reus à principio citari ad totam caussam,

Delegatus nō potest regulariter quē citare, ut personaliter coram eo cōpareat.

An in citatione sit caussa exprimenda.

ſam, quia ad procedendum, & procedi uidendum in tali cauſſa, ad omnes & ſingulos actus incumbentes, ſeruatis terminis debitis & conſuetis, uſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiuè, cum omnibus & ſingulis actis actitatis, & ſcriptis literis & munimentis, quibus in negocio huiuſmodi, uti intendit, & ſe iuuare cum terminatione, ut ſiue compareat, ut præfertur, ſiue non, nihilominus in cauſſa prædicta, prout iuſtum fuerit, ipſius citati contumacia ſeu abſentia non obſtante procedemus, ut eò ulterius niſi per ualuas Eccleſiæ *prædictæ citato, & quando talis eſt cauſa priuilegiata, & eo modo citatur, non oportet eum poſtea ad ſingulos actus de nouo citari, aliâs ſi non eſt cauſa priuilegiata in proceſſu, uel ſi eſt talis, ſed non eſt citatus iſto modo ſolum querimonijs reſponſurus, tunc oportet ipſum ad ſingulos actus uocari, ut uidetur dicere* Guilb. *in* Specul. *de citati.* ſ. *uiſo.* Dicit *tamen ibi* Ioan. An. *in addit. quòd hoc procedit, ubi iudicium eſt remotum à loco citati. puta in curia (quia eſſet difficile citationem pro ſingulis actibus mittere) poteſt procedi ad examinationem cauſæ & diffinitionem, ſi pars non uenerit, ſi autem uenerit, aut procurator citabitur ad ſingulos actus, etiam ſi in uno fuerit contumax, de quo plenius per* Ioan. An. *in addit.* Specul. *de citatione.* ſ. *uiſo. ſuper uerſi. dominus autem meus.* De *comminatione quid debeat fieri*

dixi

dixi & remisi super forma citationis delegati. Non *tamen cōminatio talis facienda est de necessitate, nec habet uim peremptorij, nisi aliâs peremptorium exprimatur, de quo in Specu. de citatione. §. uiso. uersi. sed quæritur. In fine citationis ponitur data, nec subscribitur á testibus, sed sufficit literam citationis esse sigillatam sigillo iudicis, siue sit anteiudicialis, siue de iudiciali, ut notatur in. c. quoniam de probatio.* Citationes *tamen, quæ emanauerunt de curia, rediguntur per tabellionem in publicam formam, & hoc est tutius in arduis, maximè coram delegato, & tantum de decreto citationis, & eius forma, quæ tamen potest extendi, prout uisum fuerit expedire.*

¶Quomodo citans, cui commissa est citatio facienda, debet se habere.

NVnc uideamus de actu ipsius citantis, qualiter ille debet se habere, cui committitur citatio facienda per literas, uel uiua uoce, quia debet accedere ipsum citandum, & citare, secundum quod sibi est iniunctum, si citandus copiam sui facit, si non potest eũ habere personaliter. De *hoc protestetur, & de diligētia super hoc facta, semper enim citãdus est quis personaliter, si inuenitur, de eo qui mittitur in pos. c. ul.* Si *non inuenitur, citetur procurator eius, si quem dimisit, quem tenetur dimittere, si se absentet, maximè, si semel est citatus, de procurã. c. dilectus de eo, qui mit.*

is

in pos. causa rei seruan.c.ulti. Si procuratorem non dimisit, tunc fiat citatio ad domum, & requirantur amici, de quo in. c.causā, quæ de dolo & cōtu.in glo. & in.c.ul. eo. ti. & in.c.ul. de eo, qui mittitur in pos. Item in ecclesia, in cuius parochia degit & moratur, cùm populus conuenit ad diuina, uel si traditur forma certa in citatione, uidelicet ut tali die, & tali loco publicetur. Ista est seruanda, ut in.l.si diligenter.ff. mandati, & in.c.cùm dilecta, de rescrip. ut in citationibus, quæ emanant à curia, in quibus scribitur, si eius copiā habere poteritis, alioquin in domo habitationis suæ, & in ecclesia cathedrali. Non tamen debet citatus intrare domum citandi eo inuito, de quo in Spe.ti. de cita.§.sequitur. uer. sed an res, & in Clemen. causam de elec. Et dicitur absens, qui est extra prouinciam, ut ibi no. Quàmdiu ergo quis copiam sui facit, non est citandus ad domū, quia ad citationem ad domum recurritur, quasi ad ultimum refugium, ut no. Hosti. de do. & cōtu.c.causam, quæ nisi in casibus, in quibus etiā sufficit prima uice, & quando locum habeat citatio ad domum, uide per Inno. & alios in.c.ulti. de eo, qui mittitur in pos. Imo non sufficeret denunciare procuratori, si ipse est præsens: ita tenet Vincen. in. c. ulti. de dolo. & contu. Et quando locus citandi nō potest tutè adiri, Papa mandat citationem fieri per edictum, de quo de iudi. c.1. in Clem. & potest ille, cui cōmittitur citatio facienda per alium citare, ut tenet Gof. & Hosti.

Absens quis dicatur.



An credatur nuncio asserenti se citasse.

sti.in.c.ul.de eo, qui mittitur in posses. licet ibi Petrus & Abbas tenent contrarium, & debet fieri citatio claris uerbis. An autem credatur nuncio asserenti se citasse, tractat Guil.in Specu.ti.de cita. §.sequitur. uer.sed nunquid credetur, &c.c.cōsuluit, quòd iudex quilibet maximè delegatus, præsente actore & tabellione iniungat nuncio, quòd ipse talem reum ex parte sui citet, sub tali forma, scilicet quòd tali die & loco compareat peremptoriè, in tali caussa, coram eo responsurus, &c. datum & actum &c. tunc ille notarius præceptum iudicis & mandatum nuncio factum, redigat in actis, quia dato quòd nuncio credatur super actu citationis, per eum facto, non tamen creditur super commissione sibi facta, ut ibi dicit Io. An. in addi. Nam Goff. tractando de edicto, si quis in ius uo. &c. dicit, quòd ad hoc, quòd locus sit huic edicto, sex esse necessaria, quorum secundum ponit, quòd de mādato iudicis facta sit citatio, & hoc ponit propter multos malos nuncios, qui sine mandato uocant interdum, & per hoc quod dicit Ioan. An. in addit. Specu. in loco statim alle. reprobatur, quòd in multis foris seruatur, quòd præceptum de citando nuncio factum, non scribitur, sed quando scribitur, relatio cita. dicitur sic. Retulit talis nuncius, se de mandato iudicis citasse talem, scribat notarius in actis, quomodo talis iudex constituit talem nuncium suum ad citationes, in tali caussa faciendas, qui nuncius iurauit corporaliter

Relatio citationis.

liter, tacto euangelio sancto, omnes ambasiatas & citationes in eadem caussa sibi per iudicem impositas, & imponendas fideliter facere & referre. Et ibi etiam Ioan. An. in addit. Specu. in isto dubio, an credatur nuncio etiam publico & iurato, super citationibus, uel an potius standum sit iuramento partis, uolentis iurare se non esse citatam, recitat diuersas opiniones, quid senserint doctores circa hoc, & practici. Hostien. in summa in rubrica, de contuma. §. 2. uer. quid si absens, tenet finaliter hoc relinquendum esse arbitrio iudicis, qui personarum, negocij qualitatem penset uel credat, uel neganti se citatum iuramentum deferat ad suam innocentiam ostendendam. Et hoc placet Io. An. in addi. ut supra, propter graue periculum, quod imminet probo uiro, eo non citato, ex dicto uilis Ribaldi, non tamen hoc est sic arbitrarium sicut illud, de quo in. c. consulit de offi. dele. de quo non licet querulari, unde si iudex hoc casu male arbitretur, potest per grauatum appellari, quandoque enim uidemus iudices pessimos, sicut & nuncios. ¶ Additio. ¶ Sed quæritur, an credatur nuncio, si dicat se passum iniuriam à parte citata, uel fuisse salutatum cum lapidibus. Ioan. An. in addi. Specul. ti. de contumacia. §. 1. in magna additione tenet, quòd non, sicut etiam non creditur de commissione, quia responsio partis non est de substantia

An credatur nuncio, si dicat se fuisse salutatum lapidibus.

tia

tia citationis, cùm citatio poßit subsistere, etiam si pars taceat, & nihil respondeat, & hoc tenet Anto. & Imo. in. c. cùm parati de appel. & Philippus Perusio ibidem. Quando uerò citatio fit per literas, probatur facta citatio hoc ipso, ut citator remittat literã citationis seu commißionis sibi factæ, apponendo ibi suum sigillum, & hoc habet generalis consuetudo, ita no. per Hostien. in. c. quoniã de proba. Tamen melius est quòd in literis suis scribat diem & formam citationis factæ, maximè, quando fit citatio, ut die 10. uel 12. compareat.

¶Quomodo citatur capitulum.

QValiter autem citari debeat capitulum. no. in. c. bonæ de electi. 1. quia ipsum capitulum capitulariter congregatum, citari debet, si potest conuocari, & si non potest conuocari, & nolunt congregari, tũc faciet homo quod potest. Vnde citetur publicè in Ecclesia, ut ibi dicitur in glo. quæ sic incipit, & sic citantur etiam singuli, non tanquàm singuli, sed tanquã illi, ex quibus constituitur capitulum, & qui unà cum alijs faciunt capitulum, aliâs citatio non ualeret, quia caußa capituli non est caussa singulorum, uel econuerso 12. q. 2. qui manumittitur, & no. in. c. bonæ iam alle.

¶Facta citatione.

Facta

Facta citatione, si fit per nuncium, redeat nuncius ad iudicem, referendo sibi in præsentia tabellionis, qualiter, ubi & quando, & ad quid reum citauit, & ista nuncij relatio est in actis scribenda, & potest sic scribere notarius. Anno tali, die tali, coram tali iudice, in mei notarij præsentia talis nuncius retulit, se citasse talem, & personaliter apprehensum & inuentum, uel si non fuerit apprehensus, retulit se dixisse procuratori tali uel suæ familiæ, quòd tali die & tali hora compareat coram prædicto domino iudice ad procedendum, & procedi uidendum in tali caussa, quæ uertitur inter ipsum & talem super tali re, uel ad iurandum uel iurari uidēdum de calumnia, uel ad uidendum iurare testes, &c. Ille uerò, cui cōmittitur citatio facienda per literas, solet in scedula affixa citationi, uel in ipsa citationis charta, à tergo scribere, sub hac forma. Ego N. plebanus, cognosco me literas præsentes tali die publicasse, tali intimasse & esse fideliter executum ipsum citando, prout recipit in mandatis. In cuius testimonium sigillum meum præsentibus est appensum, uel sic. Ego rector talis ecclesiæ, secundum formam præsentis mandati, citaui talem, tali die, iuxta præsentium literarum continentiam & tenorem, in cuius testimonium, &c. ut prius. Vtrum autem ordinarius potest citare subditum suum extra iurisdictionem suam per nuncios, uel per literas no. in. c. Romana, in. §. contrahentes de fo. com-

pe.lib.6.Quia citatus per iudicem,& de ipsius mandato debet in termino coram ipso iudice comparere, et si non compareat,contumax reputabitur,& hoc,si est suus ordinarius iudex ille, qui citat seu qui citare facit siue mandat:uel delegatus, & hoc exprimitur in citatione,ut dictum est,uel etiam si nõ,ut dictum est, prius suus ordinarius habet tamen aliàs ordinariam iurisdictionem,& in citatione exprimitur etiam caussa,quæ si uera esset,deberet coram eo respondere, ut quia dixit ipsum contraxisse uel deliquiße in terra, quæ est de iurisdictione citantis, de quo plenè per docto.in.c.2.de dila.aliàs si non compareat, contumax putatur. Si uerò citatio eßet talis, quòd non artaret ad ueniendum,nec per consequens inferret contumaciam,sicut est cita.temeraria, quæ non artat citatum,ut in c.bonæ.2. de elec.cõcor.Clementin. pastoralis,de re iudi.uer.notarium. ¶Et multi sunt casus,in quibus citatus uenire non potest, nec tenetur, de quo in glo.in.ca.ueniens de accu.per Io.An. & su per ea.Et solet de hoc tradi una generalis regula,in. c.2.de dila.uidelicet quòd ubicunq; in citatione ponitur aliquid iniustum uel inhonestũ, uel tale quod certum est citato competere exceptionem declinatoriã iudicij:ut si citatur spoliatus,quòd respondeat spoliator in caussa ciuili, uel aliter in caussa criminali: uel militi alterius negocium procuranti,ex quo talis error exprimitur in citatione,ire non tenetur citatus,

& idem si aliàs est notorium secundum aliquos: de quo est dicendum, ut ibi. Aliqui distinguunt, quia aut ipso iure deficit iurisdictio citantis, tunc citatus, si illud est notorium, uenire non tenetur, nec ualet processus contra eum, aut ope exceptionis potest citatus se trahere à iurisdictione citantis, & tunc tenetur se præsentare & comparere, & excipere, & aliâs tenebit processus contra eum, de quo per Io. An. in addi. Specu. de cita. §. 1. ¶Additio. ¶Et nota circa istam materiam, uidelicet an citatio artet citatum ad comparendum quatuor regulas, quas ponit Bal. in. l. 2. ff. si quis in ius uocatus non ierit. Prima est talis, quandoque citatus habet intentionem fundatam de iure communi, ibi citatus debet comparere. Secunda regula est talis, ubicunq; citatus non habet intentionem fundatam de iure cōmuni, ibi citatus non tenetur comparere. Tertia regula est citatio, quæ est elidibilis iuris præsumptione, potest esse sic iustificata, quòd citatus tenetur comparere, ut no. Inno. in. c. 2. de dila. Quarta regula est, ubicunque citatio continet manifestum uitium uel errorem, uel impoßibilitatem, citatus non tenetur cōparere, siue hoc concernat iurisdictionem, siue sit uitium loci uel temporis. ut indicta. l. 2. ff. si quis in ius. Et omnia ista notantur per Inno. in dicto ca. 2. ubi singulariter sequentem examinat materiam.

¶Quis dicitur contumax.

VNde contumax dicitur ille, qui tribus edictis, uel uno peremptorio citatus non uenit, uel uenit, sed non obedit, uel illicentiatus recedit, ita distinguit Guil. in Spe. de contu. §. 1. sed Hosti. in sum. sic diffinit. Est erga iudicem uel prælatum commissa inobedientia, & dicit commissa, quia non semper obediendum est, de quo de tempo. ordinan. c. ad aures in glo. 2. & super ea. Et diuersi sunt modi contumaciæ, de quo in. c. 2. de do. & contu. in glo. & super eo. in. c. quoniam frequenter ut lite non contest. §. 1. quia si latitat uel impedit, ne citatio ad eum perueniat, uel minus comparet, de quo in Spec. de contumacia. §. 1.

Diuersi sunt modi contumaciæ.

¶Contumacia est multiplex.

ITem multiplex est contumacia, aliqua est uera, & uerè, quæ aliâs dicitur euidens, uel notoria, ut quando citatus respondet se non uenturum, nec quòd portabit pedes, & an sufficiat hoc dicere extra iudicium, quia si in iudicio hoc diceret, esset indubitatū, & alia septem dubia circa hoc pulchrè tractat Ioan. An. in addi. Specu. de contu. §. 1. Secunda contumacia est uera præsumpta, ut quia apprehensus est & citatus personaliter, sed non uenit in termino. Ista dicitur esse uera, eo respectu, quia apprehensus personaliter, præsumpta tamen dicitur, quia in non ueniendo potest fortè excusari per aliquod impedimentum.

Euidens. *Vera.* *Præsumpta.*

tum. ¶Additio. Item dicitur uerus contumax, quando citatus fugit nihil dicens, ut dicit Bal. in. l. falsus. C. de furtis. Tertia contumacia est ficta, ut quia non est apprehensus personaliter, sed citatus ad domum, de quo etiam in Clementi. l. unica de dolo & contu. in glo. magna, & ualent ista sciri propter sequentia, & maximè ad istud, quia pro contumacia obligatur contumax ad restitutionem expensarum. Sed qualitas prædicta, uidelicet si est contumax euidens, seu notorius, aggrauatur ex tali qualificatione, ex duobus ad expensas, non dico ad restituendas, sed prius restituendas antequã absoluatur, de senten. ex communi. c. uenerabilibus. §. secus. li. 6. Secundã in eo, quòd non habet beneficium uelocis reditus, uel aduentus coram iudice, de quo Io. An. in addi. Specu. uer. supra alle. Si igitur actor est contumax, punitur, ut in. c. actor de do. & contu. li. 6. quia soluit expensas, & cum hoc non admittitur ad aliam citationem, nisi & cautionem faciat, quòd uelit de cætero fideliter comparere, ut ibi. Potest etiam tunc reo instante, & docere uolente de iure suo procedi ad diffinitiuam sententiam, lite non contes. de quo in. c. caussam, quæ de dolo & contu. Et qualiter tunc sit procedendum, & in quibus citationibus uocandus sit actor contumax, uide plenè apud Inno. & alios in. c. I. ut lite non contes. ¶Additio. Item contumacia actoris dicitur maior, quàm contumacia rei, ut notatur in. c. primo, de

Ficta.

De contumacia actoris.

dolo & contu. lib. 6. Sed si reus est contumax, pœnas habet, quia potest excommunicari. Vel si talis est caussa, in qua potest fieri mißio, & in qua procedi non potest, lite non contes. Sed si est caussa, in qua procedi potest, lite non contes. ex priuilegio iuris uel hominis, ut supra dixi, de quo in Clemen. dispendiosam de iudi. & in Clemen. sæpe de uerbo signi. Tūc procedi potest in principali ad receptionem testium, & diffinitiuam sententiam, in contumacis pœnam rei, ita tamē, quòd reus citetur ad singulos actus, de quo etiam supra dixi. Et sic conseruatores dati, uniuersitatibus studiorum, procedere possunt in principali contra contumacem, cùm de speciali mandato procedere debent simpliciter, & de plano, &c. Possunt tamen, si uolunt, contra reum contumacem procedere & excommunicare, uel mißionem, sicut alius iudex facere. Termino igitur citatiōis aduenien. actor cōpareat per se, uel per procuratorem suum, si talis est caussa, in qua constitui potest procurator, cum literis citationis, & faciat fidem iudici, de executione seu insinuatione citationis, facta reo per modum, quem dixi accusando contumaciam & absentiam ipsius citati, petendo pronunciari eum contumacem, & reputari contumacem, & contra eū tanquàm contra contumacem procedi, ut C. de iudi. l. properādum. §. & si quidem, & nota per Guil. in Specul. de connu. §. sequitur, & de comparitione in ter=

termino, & faciet omnia redigi, & scribi in actis. de proba. c. quoniã: & iudex pronunciabit seu reputabit esse contumacem, sic dicendo: Talẽ per nos & de mandato nostro citatũ in diem hodiernã, ad instantiã talis super re uel caußa tali, & sufficienter expectatũ, nec per se, nec per procuratorẽ cõparentẽ, nec cõparere curantẽ, ad petitionẽ & requisitionem ipsius actoris, uel sui procuratoris cõparentis, & eiusdẽ absentis cõtumaciã accusantis ac petentis ostẽdere per nos cõtumaciã reputari, reputamus, prout est meritò, cõtumacem. Et in istam formã etiã scribat tabellio, Anno Domini, &c. die tali, hora tali, corã tali iudice cõparuit talis actor uel talis eius procurator, qui procurator mãdatum procuratoriũ, cuius tenor inseritur, produxit unà cũ literis citatiõis, & alijs literis, sigillo tali signatis, uel instrumẽtis super executiõe uel intimatiõe citа. eiusdẽ cõfectis: quorum similiter tenores infra cõtinentur, & talis citati nõ cõparentis contumaciã accusauit, petens eũ per ipsum iudicẽ pronũciari & reputari contumacẽ: uel sibi decerni cõtra eũ literas oportunas: quẽ diutius expectatũ ipse iudex contumacẽ reputauit, & literas decreuit cõtra eum oportunas. Nec est uis, an sic scribat tabellio in persona sua, an in persona iudicis isto modo: talẽ nõ cõparentem diutius expectatũ reputamus contumacẽ, de hoc de cõuersi. coniuga. dudũ, de fide instru. c. 1. & 2. Et ita debet actor comparere in termino coram iudice, & contumaciam Parũ interest ut scribat tabel.

rei accusare, si etiam actor non comparet, tunc fiet compensatio contumaciæ actoris cum contumacia rei: ut no. de dolo & contu. c. actor lib. 6. Si autē reus non comparet, & iudex etiam est absens uel impeditus, ita quòd si comparuisset, non fuisset processum in caussa, an reputatur contumax, & cōdemnari debeat in expensis? est glo. *notabilis in. c. ul. de dolo & contu. & est glo. ul.* Et *potest iudex, à qua pœna uult incipere, uel ab excommunicatione, uel mißione, ut in. c. tuæ, ut lite non contesta.* Et *ibi notatur, & debet iudex à principio esse contentus alterutra pœna, quæ magis timetur, ut eo. ti. c. quoniam. §. ul. in fine.* Hone*stum tamen esset, ut à mißione inciperet, quia prius recurrendum est ad res quàm ad personas, ut ibi notatur.* Iud*ex ergo procedendo ad mißionem contra contumacem, in actione reali, puta super equo uel fundo, decernat actorem esse mittendum in possessionem rei petitæ, caussa custodiæ, & fiet mißio per hæc uerba.* De*cernimus, constituimus, uel mittimus, uel iubemus te esse poßeßorem talis rei, caußa custodiæ, & uolumus, quòd talis noster minister ponat te actualiter in poßeßionem.* Et *talem ministrum debet dare iudex ut hæc impleat, & ei referat, quando factum sit, ita dicit* Inno. *de eo, qui mit. in pos. c. ul.* Et *licet* Inno. *ponat etiam aliam mißionis formam, illa tamen placet* Host. & Ioan. An. *in nouel.* Et *ex tali mißione, ex primo decreto iudicis, actor talis possesor erit rei sed*

Mißio in possessionem.

com-

commutabilis. Quia si reus uenerit coram iudice infra annum, & cautionem præstet de stando iuri, & restituat expensas actori, ipse possessionem recuperabit, ut in. c. quoniam frequenter. §. in alijs, ut lite nō contest. Et dato, quòd actor missus in possessionem, propter potentiam rei uel dolum, non potest possessionem corporaliter adipisci, adhuc iuris dispositione uidetur possidere ad effectum præscriptionis annalis, ut in. c. contingit, de dolo & contu. Si uerò reus non uenerit infra annum, præstando cautionem, ut dictū est, & restituendo expensas, actor etiam circa secundum decretum, per anni decursum, uerus erit possessor, secundum communem opinionem, ut in alle. §. in alijs, & ibi no. de do. & contu. c. contingit. Et reus nō auditur postea, nisi super proprietate illius rei: si autem est actio personalis, puta quòd agitur certa conditione ex mutuo, & reus est contumax, mittetur actor in possessionem rerum mobilium contumacis, si talia habeat: alioquin in possessionem immobilium, pro modo & mensura debiti declarati in libello actoris. Quod etiam declarare habet iuramento, & an hoc sufficiat uel requiratur probatio per testes uel instrumenta, tractat Guil. in Specu. de contu. §. sequitur. uersi. item quod dicitur de offi. iudi. §. ul. ubi per Io. An. in addi. Specu super uer. tertio dicendum, & super uer. sexto quærendum, & usque ad quantum tempus, tunc audietur reus super illis rebus, in quas

mißio facta est, legitur & notatur, ut lite non contes. c. quoniã. §. ul. in fi. & ibi in glo. fi. & super ea, quia auditur, donec interueniat secundũ decretũ. Post secundũ uerò decretũ, an & quãdo audiatur & refert an per secundũ decre. sit adiudicata poßeßio actori, an res sit adiudicata in solutum. Si est adiudicata posseßio auditur, sed actor habebit cõmodum, donec principale sit finitum: si res iudicata est insolutum, præclusa est uia reo, quia tunc non auditur, & ista habẽt locum in contumacia ante litem contes. Quid autem sit contumacia post lit. contes. contracta, & qualiter procedetur, patebit loco suo: & iste est unus modus, secundum quem proceditur contra contumacem, tamen non debet iudex multum festinare ad faciendum mißionem de do. & contu. c. contingit in prima glo. ¶Additio. Quid si actor petat fundum aut decẽ, uel quid si agatur cõditione, ex. l. 2. C. de rescinden. uendi. qualiter debeat fieri mißio in posseßionem, uide per Bal. in auctentica ea, quæ iura. C. de bonis auctorita. iud. poßit. Quid si & agatur querela inoffi. testa. qualiter mißio fieri debeat, uide per Bal. ibidem, & si agatur pro iuribus incorporalibus, qualiter debeat fieri mißio, uide per Bal. in. l. fi. prius. ff. de noui operis nunciatiõe. ¶Ponitur etiã cõtumacia per pignoris captionẽ, & alijs modis, de quo in Specula. de contuma. §. ultimo. ¶Et quòd iudex ecclesiasticus potest imponere mulctam, habere de pœnis li

cet

cet non de dolo. & contu. c. 1. Et de multa ponit Hostien. specialem rubricã in summa de sen. & re iud. & de ea tractat Spe. in ti. de sen. §. 2. uer. est & quarta.

¶Quomodo contumax excommunicatur pro cuntumacia.

SI autẽ iudex uult infligere pro cõtumacia pœnã excommunicationis, sic procedat contra eum, habet enim eum monere, quòd adhuc obediat comparendo infra certum terminum competentem, & contumaciam suam expurget, & si iudex est delegatus, potest scribere sub ista forma.

¶Forma monitionis ad expurgandũ contumaciã coram iudice delegato, subsequẽte excõmunicatione.

¶N. Decanus talis ecclesiæ, iudex caussæ & partium infra scriptarum, à sede Apost. specialiter delegatus, uniuersis & singulis dominis, Præpositis, Decanis, &c. qui præsentibus fuerint requisiti. Salutem in Domino, & mandatis nostris, imo uerius Apostolicis firmiter obedire. Nuper auctoritate Apostolica, nobis in hac parte commissa, citauimus & citari fecimus talem, ut tali die pro termino peremptorio sibi aßignato compareret in tali loco, legitimè coram nobis querimonijs talis responsurus, sed quia idem citatus, in termino huiusmodi sufficienter expectatus, cõparere cõtempsit, unde prædicto N. actore uel

uel eius procuratore, coram nobis in termino prædicto comparente, & prædicti citati non comparentis contumaciam accusante & petente ipsum, per nos contumacem reputari, & pro contumacia huiusmodi contra eum procedi ipsum reputamus, prout erat meritò, contumacem & contra eum duximus, prout iustum fuerit, procedendũ. Idcirco uobis omnibus & singulis coniunctim & diuisim in uirtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excõmunicationis, quam in uos & quemlibet uestrum, si mandatum huiusmodi nostrum neglexeritis uel contempseritis adimplere, canonica tamen trium dierum monitione præmissa in his scriptis ferimus, firmiter & districtè præcipiendo mandantes, quatenus accedatis, quo propterea fuerit accedendum, & memoratum. N. *contumacem publicè & diligenter moneatis, quem & nos peremptoriè præsentibus admonemus, ut infra 12. dies continuos à monitione huiusmodi computandos, prædictã suam purgando contumaciam iuri pareat coram nobis, aut cum præfato.* N. *actore, amicabiliter uel in iure se componat, alioquin ipsum pro contumacia huiusmodi excommunicamus in* Dei *nomine, in his scriptis.* Q*uem sic excommunicatum publicè infra missarum solẽnia coram ipsa multitudine populi de ambone nuncietis diem, &c. ut in forma citatiõis.* Dat. &c. *diem uestræ excommunicationis, &c.*

¶Declaratio formæ.

IN ista forma ponitur narratio, quõ reus fuit citatus, & non comparuit, & fuit eius contumacia accusata. Sed ista uerba, quæ sunt narratiua, non probant, ut in Clemen. literis, de proba. Ergo oportet, ut de hoc constet per registrum causæ, seu per acta, scripta per tabellionem, & ideo dictum est supra, quòd omnia redigi debent in actis. Item in forma monetur reus ante excommunicationem, quia semper sententiam excommunicationis, & etiam alias sententias censuræ præcedere debet monitio: aliâs ipsa sententia excõmunicationis est iusta ex ordine, & eam proferens habebit pœnas, de quibus in c. sacro de sentẽ. excommuni. li. 6. Et quando sic fertur sententia excõmunicationis præmißa monitiõe, uel sub cõditione, si monitus putauerit sentẽtiam iniustam seu monitionẽ, uel præceptum, debet appellare infra tempus monitionis, uel ante conditionẽ, ad hoc ut appellatio suspẽdat sententiam excõmunicationis, de quo in. c. præterea de appel. Et debet monitio habere temporis interualla competentia. Vnde aliquando ponitur in monitorijs, ut infra 12. dies, quorum quatuor pro primo, quatuor pro secundo, & reliquos quatuor dies pro tertio peremptorio termino, ac monitione canonica aßignamus, de quo in c. constitutionem, de sentẽ. excommuni. lib. 6. Sufficit tamẽ sine tali expreßione, si aliâs sit competens terminus.

Verba narratiua non probant.

Quomo-

¶Quomodo decernitur excómunicatio contra collegium aut vniuersitatem.

Quomodo cō tra uniuersitatem proceda datur.

SI contra collegium uel uniuersitatem est procedendum, quia uniuersitas uel collegium non potest excommunicari, ut in. c. Romana. §. uniuersitatē de senten. excommuni. li. 6. Tunc debet collegium uel uniuersitas interdici, unde dicitur tunc in forma, in singulares personas excōmunicationis, in capitulum uel conuentum suspensionis, & in Ecclesias uel monasteria, interdicti sententiam ferimus, uel uniuersitatem ipsam interdicimus. Si autem est episcopus, uel superior, puta archiepiscopus primò debet suspendi, scilicet ab ingressu Ecclesiæ. Deinde crescente contumacia interdici, tertiò excommunicari, ut in. c. 2. de offi. dele. li. 6. ¶Additio. Quid si non seruetur huiusmodi forma, an ualeat excōmunicatio lata contra Episcopum uel archiepīscopum, pro prima contumacia glo. singularis in capi. 2. de offi. dele. li. 6. tenet, quòd ualeat, licet alij contra. Subiungitur in mandato exnunc, prout extunc, & extunc prout exnūc, sed hoc non oportet, ut not. in. c. præterea. 2. de appel. & in Cle. unica de cōcess. præben. super uerbo exnunc. Item dicitur in forma, quem excōmunicamus in his scriptis, &c. quia sententia excōmunicationis debet fieri in scriptis, de senten. excom. c. 1. li. 6. Sed quòd dicatur de sententia, in his scriptis, credit Guil. in Specu. ti. de senten. prola. §. nunc autem. uer. & non

quod

quod non sit necessarium. Consuluit tamen quòd dicatur.

¶Quomodo proceditur ad aggrauationem.

DEinde si excommunicatus perseueret in sua contumacia, iudex procedet ad aggrauationẽ sententiæ, ut crescente cõtumacia, crescere debeat & pœna, ut lite non contesta. c. quoniam in fine: & tunc solet scribi sub ista forma.

¶Forma aggrauationis iudicis delegati.

¶N. Talis iudex, tali rectori salutem in Domino: dudum auctoritate apostolica nobis in hac parte cõmissa, si est delegatus, talem citauimus & citari fecimus in terminum talem, ad instantiam talis: & quia in termino huiusmodi comparere contumaciter non curauit, nos in eum pro contumacia huiusmodi tulimus sententiam excommunicationis, & ipsum mandamus excommunicatum publicè nunciari. Sed quia idem N. in huiusmodi sua contumacia perdurando prædictam excommunicationis sententiam temerè contemnit, ac damnabiliter in ea perseuerat. Quare cũ crescente cõtumacia, meritò crescere debet & pœna, uobis &c. mãdamus, quatenus prædictũ. N. excommunicatum singulis diebus Dominicis & Festiuis, accensis candelis, & demum extinctis in terram proiectis, sonantibusq; campanis, publicè in ambone,

coram

coram populo denuncietis, & faciatis tanquàm excō-municatum eum ab omnibus diligentius euitari. Datum & actum. &c.

¶Forma excommunicationis, cum monitione preuia iudicis ordinarij.

SEd ordinarij iudices breuiter scribunt hoc modo. N. Præpositus &c. & Officialis tali rectori &c. Salutem in Domino. Quia talis citatus à uobis, infra certum terminum, ad instantiam talis non cōparuit. Quare uobis mādamus, quatenus eum peremptoriè moneatis, ut adhuc infra octo dies continuos à receptione præsentium computandos, se cum prædicto. N. amicabiliter uel in iure componat: alioquin ipsum excōmunicamus in Dei nomine in his scriptis: quem sic excommunicatum publicè de ambone nuncietis. Datum uostro sub sigillo.

¶Forma aggrauationis iudicis ordinarij.

OFficialis &c. uel iudex &c. plebano tali &c. quia talis excommunicatus à nobis, pro contumacia ad instantiam talis, huiusmodi sententiam non formidat, quare uobis mandamus, quatenus ipsum excommunicatum singulis diebus Dominicis, accensis candelis, & pulsatis campanis, publicè de ambone nuncietis. Datum, &c. Et si adhuc non curat parere

iuri,

iuri, & petere absolutionem, tunc dirigitur aliud mandatum sub ista forma.

¶Reaggrauatio.

Officialis &c. licet talem dudum excõmunicauimus pro contumacia, aggrauatione subsecuta ad instantiam, &c. ipse tamen huiusmodi sententias temerè sustinet animo indurato. Quare uobis mãdamus, quatenus eum excommunicatum & aggrauatum publicè, sicut prius nuncietis inhibendo omnibus & singulis uestris parrochianis, ne eidem excommunicato emendo, uendendo, sal, aquam, ignem, cibum uel potum ministrando, uel aliâs quouis genere communionis prohibete, participent quouis modo contra facientes minoris sententiam excommunicationis, quam per hanc incurrunt, fore ligatos, publicè nuncietis. Vel sic alioquin contra ipsos per excommunicationis sententias, & alias pœnas, prout expediens fuerit, procedemus. Et sciendum, quòd participantes cum excõmunicato regulariter incurrunt minorem excõmunicationem, cùm sit ueniale, de quo in c. cum sacris, quod metus caussa, & ibi plenè per Io. An. in commenta. Sunt tamen aliquæ personæ priuilegiatæ, super communione, sic quòd licitè cum excommunicato participant, de quibus in c. quoniam multos. 11. q. 3. & in certis casibus, quia iam eis licitè per alias personas communicatur, de quibus in c. si uerò de sen

Participãtes cũ excõmunicato regulariter incurrunt minorẽ excõmunicationem.

ten. excom. cum concor. ¶Additio. ¶*Et communiter assignatur talis uersus. Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse. Hæc anathema quidem faciunt, ne poßit obesse, quòd decla. ut in. c. quoniam multos.* 11. q. 3. ¶*Et licet participantes etiam ante iudicis inhibitionem incurrant minorem, tamen inhibitio ista fit, ut alij illas pœnas magis timeant, nam plus timeri solet, quod specialiter iniungitur, quàm quod generaliter imperatur, arg. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniurijs. Item ex hac consurgit contemptus maior, uidelicet, quoniam contra prohibitionem iudicis facit, ut no. in. c. alle. sacris: communicantes tamen excõmunicato, non possunt propter hoc excommunicari maiori excommunicatione, nisi primò nominatim & in specie moneantur iuxta formam & dispositionem. c. constitutionem de senten. excommuni. lib. 6. Postea si nec potest contumax à sua contumacia reuocari, solet indici cessatio à diuinis, quàmdiu fuerit præsens excommunicatus, & istam etiam præcedere debet monitio.* 12. q. 2. *indignè, & tunc scribatur sub ista forma.*

¶Forma suspensionis diuinorum.

O*Fficialis &c. quàmuis talis &c. dudum à nobis sit excommunicationis sententia pro cõtumacia, ad instantiam talis innodatus, diuersis aggrauationibus subsecutis, idem tamẽ N. sententias huiusmodi & pœnas contemnens, eas temerè sustinet, & in*

cis -

eis perfordescit animo indurato seu obscurato. Vnde sua erigente contumacia, magis aggrauare compellimur, uel contra ipsum rigidius procedere oportet. Idcirco uobis mandamus, quatenus proconsules & consules maiores ipsius oppidi talis, uel iuratos & potentes talis loci, publicè moneatis, ut infra dies octo prædictum. N. excommunicatum, ab eorum consortio, participatione & communione eijciant, penitus & excludāt, uel quantū in eis est, ipsum inducant, ut ad sanctæ matris ecclesiæ gremiū redeat, iuri pareat coram nobis, & beneficium absolutionis curet obtinere. Alioquin quàmdiu & quoties idem excōmunicatus in ecclesia uestra, uel eius terminis præsens fuerit, moram traxerit, domicilium & mansionem habuerit, cessetis & cessari faciatis ab officio diuinorum, quem sic suspendimus in Dei nomine, in his scriptis datum. ¶Additio. ¶Nota tamen, quòd interdicto apponendo, non sunt certa uerba à iure determinata, sed sufficit dicere, nos propter talem caussam regnum, uel castrum, uel ecclesiam talem, supponimus interdicto, uel alia uerba æquipollentia, ut no. in. c. sanè de offi. dele. & in. c. nō est uobis de spōsa. Aduertēdū est tamē, q; pro pecuniario debito nō potest ferri interdictū generale, ut ī extrauagāti. prouide Bonifa. 8. Et an prædicta cessatio cēseatur specialis uel generalis, tracta. Io. Cal. ti. de cita. in tractatu de cēsuris eccle. iuxta. fi. Et ī prædicta for. monētur maiores loci, qa p Interdictum

sententiam huiusmodi, per quam inducitur cessatio, etiam ipsi puniuntur. Sed quia principaliter fertur sententia contra contumacem, ideo etiam ipse deberet prius moneri, ut supra allegatum est. Tamen prædicta forma in formis ordinariorum frequentatur, sed istæ formæ non sunt ita præcisæ, quia mutantur secundum diuersitatem fori, tamen conueniunt in effectu, & facile est stylum & consuetudinem cuiuslibet fori, per practicam sequi. Solent etiam isti processus aggrauationum dilatari, diuersis modis scribendo sic: Vnde contra ipsum, sua contumacia exposcente, ad pœnas grauiores procedere nos oportet, ut quem timor Dei à malo non reuocat, coërceat saltem seueritas ecclesiasticæ disciplinæ, de uita & honesta. cleri. c. ut clericorum. Vel sic cùm nos dudum talem pro contumacia ad instantiam talis duximus uinculo excommunicationis innodandum, ipse tamen contemptis ecclesiæ clauibus, tanquàm inobedientiæ filius, adhuc in graue salutis & animæ suæ præiudicium, & scandalum fidelium pertinaciter in sua contumacia perseuerat. Ideo ne de sua posset contumacia gloriari, & ne facti sui peruersitas alijs & factum suum transeat præsumptoribus in exemplum, sed potius pœna ipsius sit metus aliorum, igitur &c. Et maximè, quando ordinarius procedit ad correctionem excessuum, solet scribere isto modo uidelicet. Idcirco ne facilitas ueniæ alijs incentiuum tribuat delinquendi, ut no. in

Processus aggrauationum quomodo dilatari debeant.

capi.

capi. allega. ut clericorum. Item si ea, quæ malè usurpantur uel perpetrantur, omittimus, excessus uiam alijs aperimus, ut 25.q.9.loci. Vel sic, quia ferro abscindenda sunt uulnera, quæ fomentorum non sentiũt disciplinam, 82.di.plurimos. Item ut alij eius exemplo à similibus arceantur, de uita & honestate clericorum.c. clericus. ¶Item ne facti peruersitas alijs transeat in exemplum. ¶Item ubi maior est culpa, maior exerceri debet & uindicta de hæreti.c.excommunicamus. §. credentes. ¶Item ubi magis exceditur, est seuerius uindicandum. ¶Item ut pœna unius sit metus alterius, ut in. l.capitalium.§. famosos. ff. de pœnis.

¶Quando contumax pro contumacia suspenditur ab officio & beneficio.

POtest etiam procedi contra contumacem, ad suspensionem ab officio & beneficio, & qualis ordo sit seruandus in inflictione pœnarum, notatur in.c.cùm non ab homine, de iudi. Quia alius est ordo, quando pœnæ sint infligendæ pro contumacia, & alius, quando pro crimine, ut ibi no. in glo. ulti. & super ea. Et tanto maior est contumacia, quanto à re minori insurgit, ut in.e.c. cùm non ab homine. Item si comparet coram iudice, non tamen uult respondere, nulla caussa iusta se excusante, uel illicẽtiatus recedit, repu

Tanto maior est cõtumacia, quanto à re minori cõsurgit.

reputabitur contumax, ut dixi supra in descriptione contumaciæ. Item debet citatus tempestiuè arripere iter, quia si tardè arripit iter, ex impedimento sibi in uia contingente, non excusabitur, ita colligit ab in. c. cùm in ueteri de elec. & ibi per Io. An. super penu. glo. Et si citatus mittit procuratorem, & ille non cōparet, sed contumax efficitur, propter talem contumaciam procuratoris non debet dominus contumax reputari, sed tunc quando dominus eam scit, & non purgat, ut in. c. 1. ut lite non contest. Et ut sententia excommunicationis pro contumacia procuratoris iustè feratur contra dominum, dant ibi Hostien. consilium, quòd iudex, antequàm sententiam ferat, significet domino contumaciam procuratoris, aßignando sibi terminum ad eam purgandum, ne posset prætendere ignorantiam. ¶ Additio. ¶ Quando uerò contumacia procuratoris noceat domino, & quæ dicatur contumacia procuratoris, uel contumacia domini. Vide per Bar. & Bal. in. l. prima. §. si procurator. ff. si quis ius dicenti non obtempe. Et licet non potest dominus excommunicari propter contumaciam procuratoris, ut dictū est, potest tamen contra ipsum mißio fieri, uel condemnabitur etiam parti in expensis, ut dicunt. Hostien. & Inno. in. c. alle. ut lite non contest. sed dominus habet actionem contra procuratorem, de hoc ibi plenè.

De contumacia procuratoris.

Quando cōtumacia procuratoris noceat domino.

Quomo-

¶Quomodo contumax comparet & petit absolutionem.

DEinde si contumax sit excommunicatus, ueniat coram iudice, & uelit stare iuri, & petit absolutionẽ, debet absolui, recepta cautione, quòd iuri pareat, ut in.c. qua fronte de appel. & ad hoc est pars citanda, pro qua lata est sententia excommunicationis, dato tamen quod non uocetur, tenet absolutio. De quo ibi no. & de iudi.c.1. & in Specu. de contumacia. §. fi. uersi. sed pone. Dicunt tamen Petrus abbas & Aegidius, quòd pars ex hoc grauata poterit appellare, & hoc præcipuè, quãdo excõmunicatus est pro manifesta culpa, quia tunc debuisset præcedere satisfactio: & recurratur de ista materia ad glo. ample. in.c. ex literis de offi. dele. de symo. ad aures, de uerbo. signi. ex parte, cum concor. ut lite non contesta. quoniam. §. in alijs. Sciendum est etiam, ꝙ si excõmunicatus staret per annũ pertinaciter, ex hoc surgeret cõtra eum suspicio, quòd male sentiret de articulis fidei, & sic inducit suspicionem hæresis. Et ex tali suspicione, quæ est probabilis, potest excõmunicari, & si tunc iterum in tali excõmunicatione lata, pro suspitione huiusmodi perseuerarit per annum, iudicabitur hæreticus: de quo de purga. c. inter de pœnis graue. 11. q. 3. c. rursus, & c. quicunque: uide tamen de hoc in. c. cum contumacia de hæreti. lib. 6. Si autem citatus propter infirmitatem, uel aliam

Quãdo absoluitur pars, debet uocari altera pars.

De his qui per annũ stãt in excõmunicatione.

iustam caussam impeditur, ita quòd uenire non potest ad mandatum iudicis, & caussa est ardua, in qua non tenetur constituere procuratorem, debet mittere excusatorem, si impedimẽtum est temporale, & ipse est talis, quòd per se in iudicio stare potest, de quo in.c. querelam de procu. ubi plenè de hoc. Si caussa est modica, debet mittere procuratorem. Si autem ipse citatus iuit uel misit procuratorem, & detentus fuit ipse uel procurator in uia, aut aliàs impeditus, si ex facto alicuius hoc contingeret, habet actionem contra dolosè detinentem seu impedientem, si est soluendo, si non est soluendo, restituitur ex clausula generali. l. aliàs. ff. ex qui. cau. maio. de in inte. resti. l. sed & si, §. ulti. de quo in. c. literis, de resti. in inte. & in. c. cùm Bertholdus, de re iudi. per Innocen.

¶Quomodo se habebit reus citatus, quando comparet.

REus ergo si comparet, tunc licet superbus humiliter, & licet melancolicus hilariter se debet iudici præsentare, ne iudicem eò exasperet. Et cõparere debet in loco, ad quem citatus est, uel ubi per iudicem ius reddi consueuit. Et si est iudex delegatus, uel aliàs non est iudex proprius ipsius uel ordinarius, ipse non statim in eum uel iurisdictionem eius cõsentiat, sed præmittat protestationem, quòd per talem comparitionem uel actum faciendum coram eo

non

non uelit in ipsum, tanquā in suum iudicem competentem, aut in ipsius iurisdictionem consentire, nisi inquantum tenetur de iure, de quo in Spe. de compari. §. hoc quoq;. Et aduertat ille, qui protestationem facit, quòd illam clausulam uel additionem (scilicet nisi inquantum de iure teneor) non omittat. Vnde dicit Innocen. in. c. Romana de electione, quòd fatuus est, qui comparet coram iudice ordinario, uel delegato, & protestatur, quòd non consentit in eius iurisdictionem, quia potest iudex ex hoc eum pronunciare cōtumacem, de iudi. c. 1. de uerbo sig. ex parte. 1. quia noluit stare iuri. & sic potuit excommunicari: secus si addat in protestatione (nisi inquantum de iure debeo) secundum eum. Et si reus comparet per procuratorem, petat actor ut procurator doceat de mandato procuratorio, quod ipse ostendere debet, & non occultare de appel. c. sæpe in prin. Et si procurator producit mandatum, pars aduersa petat copiam & inducias deliberādi super eo. Et idem est, si actor per procuratorem comparet, tunc reus uel procurator eius petat copiam ipsius, & terminum ad impugnandum, si uidetur sibi expedire. Reus etiam uel procurator ipsius, si iudex est delegatus, petat copiam sibi fieri suæ iurisdictionis, de offi. dele. c. cum in iure. Petat etiam originale rescriptum sibi fieri uel exhiberi, ut ibi no. & similiter terminum dari ad dicendum & ad opponendum, si uoluerit contra rescriptum,

Procurator doceat de mādato.

E 5 Et

Et iudex habet illa decernere, aliàs esset locus appellationi, prout Spe. de hoc tradit formas in tract. de libel. concep. in. ti. de appel. in. 6. forma. ¶ Additio.

¶ *Quia iudici delegato dicenti, se habere mandatũ à Papa, non creditur, nisi quatenus de cõmißione sua & mandato fidem facit, ut in. c. cùm in iure, de officio delegati, & in. l. unica. C. de mandatis principum. Et ista omnia sic per partes, uel eorum procuratores petita, ac per iudicem decreta & admißa, per notarium caussæ debent in actis conscribi. Et poteſt sic scribere notarius.*

¶ Notarius omnia acta per partes in iudicio registrare debet hoc modo.

ANno Domini, *die tali comparuit coram tali iudice, talis clericus uel laicus, uel talis ipsius procurator, qui mandatum procuratorium infra scripti tenoris produxit, & talis ad sui instantiam, in diẽ & horam huiusmodi citati, querimonijs ipsius responsurus, contumaciam accusauit, petens eum reputari contumacem*. Ex *aduerso comparuit, iudice adhuc pro tribunali sedente, talis principalis, uel talis eius procurator, & nomine procuratorio petens rescriptum apostolicum originale sibi exhiberi, ac eius & procuratorij prædicti copiam ei decerni & tradi, & competentem terminum ad dicendum contra rescriptum ad mandatum huiusmodi, si sibi competierit,*

rit, aßignari. Cui iudex ipse rescriptum originale exhibuit, ipsiusq; mandati, si petit, sibi copiam fieri decreuit, & talem diem ad impugnandum prædicta, pro termino peremptorio aßignauit. Vel in persona iudicis sic potest formari, anno Domini, &c. comparuit talis coram nobis, &c. Cui exhibuimus, decreuimus, & aßignauimus terminum, ut in forma præcedenti. In termino ergo ad prædicta aßignato, si actor procuratorium rei, uel si reus, procuratorium actoris uel rescriptum, uel iurisdictionem iudicis impugnare potuerit ex aliqua caussa, impugnet. Et quæ possunt opponi contra rescriptum uel mandatum procuratorij, tractat Guil. in Spe. de rescrip. præsen. & de procura. & de iudi. compe. ade. Et si non competit sibi exceptio contra prædicta, petat sibi ædi libellum, & istum regulariter actor ædere tenetur, ut 5. q. 1. offerat, de libel. obla. c. 1. Et dico regulariter, quia fallit in casibus, qui ibi notantur, & per hoc reus non consentit in iudicem, ut no. in. c. inter monasterium, de re iudi. nisi per alium actum talis consensus præsumatur. Vnde utile est semper de hoc protestari, ut dixi supra.

Actor regulariter tenetur ædere libellum.

¶Forma procuratorij sub sigillo constituentis.

IN *nomine Domini, Amen. & cætera. Modo consueto. Nota, quòd mandatum procuratorij potest etiam probari per literas constituentis sigillo*

suo

suo sigillatas, de procuratori. ex insinuatione de sen- si. sopitæ no. in Clemen. prima de procuratoribus. Et ille est specialis casus, in quo sigillum priuati facit idem. Et quando in literis suis constituens, ei dat pro- curatorium, debent literæ illæ dirigi iudici uel aduer sario, de quo in Speculato. de procurato. §. ratione au tem formæ. uersicu. 2. Tunc autem erit ista forma ho- norabili uiro officiali, uel iudici tali talis, quicquid po terit seruitij, reuerentiæ & honoris, in caussa seu caus sis, quæ uertitur aut uerti speratur inter me ex una, & talem ex altera partibus, in iudicio coram uobis, modis & formis melioribus & efficacioribus, quibus possum & debeo, facio, creo, cõstituo & ordino meos ueros & legitimos procuratores, &c. ut in forma alia.

¶Declaratio formæ mandati pro- curatoris.

ET constituitur etiam procuratorium apud acta, & potest constitui procurator clericus, uel lai- cus, ut in capitulo primo de procurato. I. responso, lib. 6. Et procurator constitutus potest ante litis conte- statio. liberè reuocari, postea non licet, nisi in casibus, de quibus in capitulo secundo de procura. li. 6. Et in qua ætate poßit constitui, habetur in ca. qui genera- liter. eo. ti. li. 6. Item & absens & præsens potest cõ- stitui eodem titu. c. licet, libro sexto. ¶Additio. Et si absens constituatur procurator, an recipien

do

do instrumentum procurationis uideatur acceptare mandatum, & an poßit cogi ad defendendum ipsum dictum constituentem, uide in Cle. prima de procurato. Et si dixerit se nolle suscipere mandatū sibi praesentatum, poterit adhuc hoc non obstante suscipere, domino tamen in sua prima uoluntate manente, ut in. c. licet de procu. li. 6. Item in forma mandati ponitur clausula (insolidum) unde sine tali clausula, pluribus procuratoribus constitutis, unus sine altero non est admittendus, nisi in caussa electionum, & in alijs caussis spiritualibus, ubi iudex potest idoneiorē eligere, ut in. c. si duo de procura. lib. 6. Subditur clausula, quòd non sit melior conditio occupantis, &c. quis sit istius clausulae effectus, habetur in. c. si duo. iam alle. ubi de hoc. Et ut habetur in forma, constituitur procurator ad agendum, & non ad defendendum. Procurator talis defendere cogitur, uel saltem satisdare de defendendo, ut dicitur & no. de procurato. qui ad agendum, li. 6. in glo. & in Specu. eo. ti. §. 1. uer. item opponitur: ualet tamen si dicat ad agendum & ad excipiendum, cùm excipere sit defendere, ut no. in. c. Imperator de iuram. calum. Item si reus constituerit ad agendum tantum, condemnandus eßet actori in expensis de procurato. c. constitutus. Item dicitur ad dandum & recipiendum libellum, litem contestandā, & ista similia, quae sunt de substantia ordinis iudiciarij, potißimè exprimi debent. Si tamen aliquorum talium

Declaratio formae mādati procuratoris.

Insolidum.

Ad dandū & recipiendum libellum.

Ea quae sunt de substantia ordinis iudi-

ciarij potissime exprimi debent in instrumento.

talium non esset facta specificatio, per hoc non uitiaretur, ex quo dicitur primò ad agendum & defendendum, est tamen illa exprimere cautum, & ita seruatur. Item dicitur in forma ad præstandum iuramentũ de calumnia, &c. & nisi hoc exprimeretur, nõ admitteretur ad huiusmodi iuramentũ præstãdum de iura. calum. c. ulti. li. 6. Sunt ergo aliqui actus, pro quorum exercitio per procuratorem fiendo, requiritur speciale mandatum, qui enumerantur in. c. qui ad agendum de procura. li. 6. Item dicitur in forma ab interlocutoria uel diffinitiua appellandum, hoc posset, imo tenetur procurator etiam, si non esset expressum, quia tenetur appellare uel significare hoc domino, quod appellet, si uelit, non tamen tenetur prosequi appellationem, nec potest, nisi contineatur hoc in mandato. Item dicitur, alium uel alios substituendum, hoc potest procurator ante litis cõtes. nisi habeat specialiter in mandatis. Postea potest etiam, si non contineatur in mandato, ut in. c. 1. ti. de procura. secundo responso. li. 6. de quo ibi. Datur autẽ in forma potestas substitutum reuocandi, aliàs sine tali clausula, uel potestate tradita non potest substitutum reuocare, ut in. c. 3. de procurato. lib. 6. ¶ Additio. ¶ Quid si substitutio non teneat, an possit substituens reuocare substitutum, uel caussam per se assumere, dic, quòd sic, ut per gemi. in dicto. c. 3. de procu, Item subditur clausula, & generaliter omnia & singula, & cæt. per istã clau-

Ab interloquutoria.

Alium uel alios substituẽdum.

claūſulam, quamuis generalem, ex uerbo generalitatis huiuſmodi non poteſt illa, quæ requirunt ſpeciale mandatum exercere, de quo in capitulo, qui ad agendum de procura. lib. 6. Item ſubiungitur, promiſitq́; ipſe cōſtituens, & cæt. hoc debet contineri in mandato actoris, qui conſtituit procuratorem. Et clauſula quæ ſequitur, ſcilicet iudicio ſiſti, iudicatum ſolui, & cætera pertinent ad reum, qui habet cauere pro ſuo procuratore, pro iudicato ſoluendo, & iudicio ſiſtendo, de quo de procu. c. mandato, ſed utrunq; ponitur in mandatis, quia uterq; cōſtituit ad agendum & defendendum. Et dicitur, quicquid per ipſos procuratores factum fuerit, nā ſi diceretur, quicquid per eos legitimè factum fuerit, non ualeret, quia etiam, quod doloſe fecit procurator, ualet & nocet domino ſuo, ut in. l. ſi procurator, & ff. de dolo no. ut lite non cōteſt. c. 1. de quo Io. An. in. c. fi. de dil. in nouel. & no. in Cle. 1. de procura. Et ſciendum, quòd ille, qui ſcienter & ſine proteſtatione recipit inſtrumentum, uel literas ſuæ procurationis, in quibus conſtituens cauet pro ipſo, ſuper incluſis in mādato cogitur cōſtituentē defendere, ut in Cle. 1. de procura. Et aliquando conſtituitur quis procurator ad omnes cauſas generaliter, & corā quibuſcunq; iudicibus uel iudicijs, de procura. ca. petitio, eo. ti. qui generaliter li. 6. Aliquādo ad certam cauſam coram certo iudice. Aliquando mandatum limitatur ad certos actus tantum, ſicut pla-

Iudicio ſiſti.

Iudicatū ſolui

placet constituenti. Item constituitur procurator ad iudicia, ut etiam uisum est: etiam quandoq; ad negocia & ad iudicia, quandoq; simpliciter, quandoq; ad rem propriam, & sub certa forma, quoties constituentem abesse contingat. Et si simpliciter constitutus est, si tunc dominus postea per se in eadem caussa cõparet, ut caussam tractet, censetur procuratorem reuocare, nisi protestetur, de quo in.c.penul. de procu. li.6. Interueniunt quandoque aliæ personæ in iudicio nomine alieno, uidelicet nomine actoris uel rei, & quandoque sine mandato, cum cautione tamen de rato, ut coniuncta persona, uel consors eiusdem litis, & quæ censeatur coniuncta persona no: de rescriptis.c. nõnulli in fine, cum remißionibus: aliquando sine cautione, ut tutor uel curator, & quomodo ille, qui procurat caussam collegij, dicitur syndicus uel œconomus, & quid sit œconomus uel defensor orphanatrophus castaldus &c. ponit Guil. in Spe. in parte prima, in rubro, de his, qui ali. no. in iudicio interueniunt, & in ru. se. Et non est uis in nomine, an uocetur quis procurator rel syndicus in.c.petitio de procura. Sed bene est uis in modo constituendi, quia quantum ad hoc bene curatur, de quo per Inno. in. c. Imperator, & in.c.cùm caussam de iuramen.calum. Et debet esse procurator instructus, ut dicam tempore suo. Et quia ut dictum est, si impugnatur per reum iurisdictio iudicis, uel procuratorium actoris, nec aliquid opponit reus,

Quæ censeatur cõiuncta persona.

Syndicus.

Oeconomus.

Non est uis in nomine, an uocetur quis procurator uel syndicus.

reus uel opponere potest, contra citationem uel aliam positionem, sed uidet se destitutum exceptionibus, quæ possunt opponi ante libel. obla. uel si competant sibi aliquæ exceptiones, uult tamen eas reseruare: & an hoc posit uel tutum sit, dicam loco suo circa materiam exceptionum dilatoriarum.

¶ Reus petat libellum offerri per actorem.

PEtat libellum reus, quem actor tenetur offerre de libel. obla. c. 1. Imo si ab eo non petatur, iudex ex officio suo faciet eum dari, ut ibi, & ibi est casus, in quo supplere potest defectum contra eã, quæ habetur in. c. bonæ de postul. præla. Ratio est, ne sibi illudatur, quia taliter iudicium non ualeret. Potest tamen iudex ante dationem libelli facere & iubere factum proponi uerbo per actorem, uel suum procuratorẽ, de iudi. c. pasto. & eo audito statim reum interrogare super eo, & si reus confitetur, iudex præcipiet ei, quòd satisfaciet, & per talem confeßionem nõ fit litis contestatio, ex quo datio libelli non præceßit. Ita dicit Ber. in. c. dudum. 2. de elec. in glo. quæ incipit, sed pone quòd reus, non enim tunc fertur sententia diffinitiua, sed fit præceptum reo, ut soluat debitum infra certum tempus. Secus si esset libellus oblatus, & subsequeretur confeßio, tunc deberet ferri sententia: & ita seruatur, & istam consuetudinem cõmendat Guil. in Spe. de libel. obla. quia per eam possent lites minui,

quod semper fieri debet de do. & contu. c. finem. ¶Additio. ¶Et aduerte, quia ex tali præcepto facto in confessum oritur actio in factum, ut in.l.fi.§.necessitate, & ibi Bal.C.de bonisq; libe. Et offertur libellus propter actorem, propter iudicem & reum. Propter actorem, ut ius suum declaretur. Propter reum, ut sciat an cedere uelit, uel contendere. Propter iudicem, ut sciat qualiter debet ferre sententiam, quæ secundum petitionẽ in libello ferenda est de symo.c.licet Hely. ita no. in ca. 1. de libel. obla.

Sententia ferenda est secundũ petitionem in libello.

¶Quæ debeat continere libellus.

ET debet continnere libellus nomen actoris & rei, iudicis, & caußam implicantẽ factũ & inferentem conclusiuam petitionem. Vnde dicit Io. de lig. quòd libellus est syllogismus Iuristarum. Et dicit Hostien. quòd libellus multa debet continere, sufficit tamen de consuetudine approbata, quòd appareat in libello, quis petat, à quo, quid & qualiter, coram quo, unde uer. Quis, quid, coram quo iudice petatur, & à quo. Rectè compositus quisq; libellus habet. Et debet libellus ista continere clarè, quia debet esse sine omni obscuritate, unde caueat aduocatus formãdo libellum de nimia generalitate, ita quòd non ponat ibi uel, de quo de emp. & uen. c. 1. Item non ponat dictionem si, cùm sit conditionalis incerta. Item caueat à uerbo duplici, pugnanti & amphibologico, & ab omni dubio & obscuro. Item debet libellus eße breuis.

Qui-

¶Quid sit libellus.

Est enim libellus in proposito breuis scriptura, intentionem actoris continens, contra aduersarium necessario inferens & concludens, ut notanter dicitur in l. ampliorem. C. de appel. & eo. ti. c. 1. Caueant libellorum dictatores uerbosis assertionibus uti, sed ea solum scribant, quæ compendiosa narratione possunt caussas explicare. Vnde dicitur libellus diminutiuum à libro, propter sui breuitatem, ut dicit Guil. in Spec. de libel. concep. §. in prin. sicut codicillus à codice. Potest etiam dici libellus à libra, in qua ponderatur iustitia, sicut dicit Gof. Quod autem dicitur, quòd in quibusdam caussis non sit necessarius libellus, petitio tamen in actis debet scribi, ut in Clemen. sæpe, de uerbo sig. In quo ergo differunt libellus & petitio, cùm etiam petitio continere debeat intentionem actoris, & esse clara, & certa & talis, quòd concludat necessariò intentionem, ad hoc, ut secundũ eam sententia certa ferri possit, aliàs non esset apta. Libellus.

¶Quomodo differunt libellus & petitio.

Dicendũ, quòd in hoc, quia in libello cõponẽdo seruanda est forma, sed illa quæ formam respiciunt, omittũtur in petitiõe. Vnde ipsa debet esse simplex, ad modum memorialis, & in hoc alleuiatur actor, ita dicit Pau. de Liza. in alle. Clemen. sæpe. Et in omni caussa siue ciuili siue criminali libellus est

offerendus, siue actio sit personalis, siue realis, siue mixta. Item & in offi. iudicis, quod loco actoris proponitur, unde in omni caussa dabitur, nisi ius dicat ipsum uel disponat non esse dandum, de quo plenè in. c. 1. de libel. obla.

¶Diuisio actionum.

ADuertendum est, quòd omnium actionum *mũdi duo sunt membra, quia aliæ sunt reales, & aliæ personales, ut insti. de acti. §. omnium, ut lit. non contes. c. quoniam. §. in alijs. Quidam tamen his duobus membris uolunt addere tertium. Actionũ aliæ sunt in rem, aliæ in personam, aliæ mixtæ, ut sunt familiæ Herc. cõmuni diuidundo, finium reg. ut insti. de actio. §. quidem. Sed dicendum est quòd sunt duo mẽbra, & illud tertium continetur sub primo, scilicet in rem, & hoc, quando agitur ad reales præsentationes, uel sub secundo, quando agitur in personam, & ad personales præsentationes, ut no. in iure statim alle. In quantum ergo actiones mixtæ dantur ad rem, res sequentur & naturam realium. In quantum ad personales præsentationes, sequentur personam & naturã personalium. Reales actiones sunt, quæ rem comitantur. Unde sciendum est, quòd rerum aliæ sunt corporales, aliæ incorporales. Res corporales sunt in triplici differentia, quia quædam sunt immobiles, ut fundus, uel prædiũ, aliæ mobiles, ut liber, uestis, aliæ sunt se mouentes, ut equus, quæ tamen nomine mobilium conti-*

Actiones reales.

continentur. ¶Additio. ¶Vtrum autem actiones seu annui redditus computentur inter mobilia uel immobilia, uide per Bar. in l. mouentium. ff. de uerborum significatione, & ibi per Alex. in addit. per Bal. in c. I. de feudi cognitione, & per Bal. in c. I. de pace, tenent per glossam, in l. iubemus de sacrosanctis ecclesiis, & in c. querelam de elec. Pro istis rebus corporalibus competit actio realis, scilicet rei uendicatio. Vt quando ego ago contra aliquem, qui non est mihi aliquo modo obligatus, neq; ex contractu, neq; ex delicto, neq; ex quasi delicto, sed quia possidet rem meam mobilem uel immobilem, uel se mouentem: ideo ad istam rem competit mihi actio contra eum. Pro incorporalibus competit etiam actio realis, sed non rei uendicatio, quia incorporalia non possidentur, sed quasi possidentur, unde competit pro eis confessoria, de quo de iudi. examinata, de uerbo signi. abbate. Personales actiones sunt, quae comitantur personam, & dicunt obligatam personam, & ista obligatio surgit & inducitur quatuor modis. Causatur enim ex contractu uel quasi contractu, & ex delicto, uel quasi delicto, ut insti. de obli. cont. §. sequen. & nota de rescrip. dispendio. lib. 6. Exemplum de obligatione, quae nascitur ex contractu, sicut in contractibus mutui, uenditionis, locationis, & in uerborum & literarum obligationibus. De quasi contractu exemplum, ut in actionibus negociorum gestorum, tute. & similibus. Exemplum

An annui redditus computentur inter mobilia uel immobilia.

Rei uendicatio.

Quae actio competat pro incorporalibus.

Actiões personales.

de delicto, ut in actione furti, damni dati, rapinæ, & iniuriarum. De quasi delicto, ut in iudice malè iudicante, & in proijciente de pinnaculo, quod nocuit.

Obligatio. Ex istis nascitur obligatio, ex obligatione actio, unde contractus, uel quasi, delictum, uel quasi. Delictum est mater obligationis, obligatio ulterius est mater actionis, & sic talis actio est filia & neptis ad contractũ: sic ergo auia est contractus, obligatio filia, & actio neptis: & obligatio est ius, propter quod est actio, & actio, propter quod fit prosecutio litis, de quo insti. de actio. in principio. Actionum aliæ sunt uniuersales, aliæ generales, aliæ particulares seu singulares. Actio

Actio uniuersalis. uniuersalis est, quando unum ius deducitur in iudicium, cui subijciũtur particularia supposita. Vnde quatuor sunt uniuersales actiones, quæ competunt pro hæreditate, quia hæreditas complectitur uniuersum ius defuncti, ut. l. hæreditas. ff. de uerbo signi. ita dicit Inno. in. c. cõquerente de offi. ordi. & sunt illæ, petitio hæreditatis, familiæ Herciscundæ, & cæt. Actio ex testamento competit pro hæreditate, ex Trebelliano restituenda, & actio ex empto competit, quando

Actio generalis. tota hæreditas emitur. Actio generalis est, quando generaliter pro pluribus suppositis agitur, ut est actio tutelæ, negociorum gestorum, & similes. Actio

Singularis. singulâris est, quando pro aliqua re uel aliquibus rebus singularibus actio dirigitur, de quo etiam de libel. obla. c. 2. & in Specu. de actio. & peti. §. 2. Secundum

dum naturam & qualitatem actionum huiusmodi debet formari libellus: & aliter specificatio fit tã in una quàm in alia. Qualis ergo specificatio in qualibet istarum exigitur, patet in sequentibus.

¶Forma libelli in actione reali, & hoc in petitorio.

Libellus ergo in actione reali sic constituitur. Coram uobis honorabili uiro, domino Decano, ecclesiæ sanctæ Mariæ, talis diœcesis, iudice caussæ, & partium infra scriptarum à sede aposto. specialiter delegato. Vel si est ordinarius, coram uobis honorabili uiro, domino Episcopo, uel Archiepiscopo, uel officiali, sic proponit procurator, & procuratorio nomine. A. talis clerici uel laici, talis diœcesis, conquerẽdo in iure aduersus. B. talem clericum uel laicũ talis diœcesis, & quemcunq; alium in iudicio pro eo legitimè interuenientem, & dicit, quòd licet fundus & campus &c. in tali oppido, talis diœcesis situs, cuius confines inferius conscribuntur ad memoratum. A. pertinerent & pertineant, tamen prædictus. B. eundem fundum per tot annos detinuit & occupauit, prout detinet & occupat: fructusq; qui ex eo pro tempore huiusmodi prouenerũt, recepit & sibi usurpauit, ac proueniẽtes recipit & usurpat. Et huiusmodi fundũ de occupare & prædicto. A. liberũ & uacuũ dimittere & assignare seu restituere cũ fructibus, ut præmittitũ, ide

perceptis, contradicit in periculum animæ suæ. Quare agit & petit procurator prædictus præfato nomine, quatenus cognito, quantum sufficit de præmißis, pronuncietis, decernatis & declaretis, supradictum fundum ad antedictum pertinuisse ac pertinere, prædictumq́;.B. eum indebitè ac illicitè occupasse ac occupare, ac ipsum fundum eidem. A. adiudicandum fore, & adiudicetis, prædictumq́;.B. ut fundum huiusmodi. A. liberum & uacuum dimittat, restituat & aßignet, & fructus, ut præfertur, perceptos, uel eorum ualorem, quem ad tot libras denariorum, pro singulis annis æstimat (uestra tamen & aliorum, quorum interest, æstimatione salua) tradat seu persoluat condẽnandum & compellendum esse, ac condẽnetis & compellatis per uestram diffinitiuam sententiam, censuram ecclesiasticam, & alia remedia oportuna. Hæc petit coniunctim & diuisim unà cum expensis, actis uel factis, ac fructus tempore litis percipiendis ad probationem necessariam, & non ultra se astringens, saluo nihilominus iure addendi, minuendi &c. Confines uerò sunt tales.

¶Declaratio formę libelli.

DEclaratio materiæ huius libelli, & circa ipsius formam multa subtilia, difficilia à doctoribus solent tractari, & magna est quæstio legistarum, à quibus principijs causetur rei uendicatio, sed dicitur cõmuniter quòd à dominio actoris & poßeßione rei.

Item

Item sciendum, quòd circa præsentem declarationem libelli aliqua occurrunt, & an poßidenti & detinenti ratione detentionis competat rei uendicatio, no. per Io. An. in addit. Specu. de ceßi. acti. §. 1. No. etiam per doctores modernos, in. c. examinata: de iudi. Item an rei uendicatio est formanda ex parte rei, quia ex possessione iudex potest ad actum supponere reum obligatum, de quo per Spe. de acti. & peti. c. 2. uersi. sed quam uocas, plenius per Cy. de ista materia. C. de alie. mu. iu. fac. l. unica. Vnde primò in actione reali exprimenda est res, quæ petitur in libello, de libelli oblati. c. 2. & etiam eius qualitas, ut cùm petitur terra, debet exprimi an sit aratoria uel uineata. Si autem petitur materia insignata, puta massa, dicat qualitatem, uidelicet an sit aurum, uel argentū, & etiam exprimat pondus, si sit signata, exprimat numerum, de quo ibi plenè per Hostien. & Io. An. de quo etiam qualis debet fieri specificatio in Spec. de libel. concep. §. iuxta uer. item & est tex. in. l. si in rem. ff. de rei uendica. Item non ualet in actione reali, si fundus uel prædium habet proprium nomen, & non exprimitur, & duo fundi prope uel maximè uicini: debet enim res designari per confinia, & si necesse fuerit, subijci oculis iudicis uel aduersarij, ut ibi notatur. Item dicitur in libello, quòd licet fundus ad. A. pertinuit & pertineat. & non addēdo pertinet, an sufficit no. de caussa poß. & propric. cùm ecclesia in glo. de resti. spoli. cùm ad

Quæ in actione Reali sint exprimenda.

F 5 sc-

ſedem in.5.glo.Item poſt addi in libello pertinuerit, iure dominij,uel quaſi, ut in.c.abbate ſanè de iure iu- di.li.6.Et quidā dicunt aliàs libellū non eßε admittē- dum,cùm uerbum pertinere latam habet ſignificati- onem,ut in.l.pertinere.ff.de uerbo ſigni.no. in.c. cū eccleſia de cauſſa poſ,Sed Guil.in Spec.de cauſſa poſ- ſeſ.& proprie,in.§.ſequitur uidere. uerſi. aliæ ſunt reales,admittit talem libellū.per. c. inter dilectos de fide inſtru.cum ſimilibus.Et dicit ibi. Io. An.in addit. quòd cōmuniter cum libellarij admittunt,& in libel- lo non exprimitur cauſa petendi,quia hoc non opor- tet in reali,poteſt tamen,ſi uult, cauſam exprimere, de re iudi.c.abbate.li.6. & an tutius ſit cauſam ex- primere,an non no.de libel.obla.c. 2. de ordi. cogni. ca.fi.per Io.An. nam tutius eſt uno reſpectu cauſam exprimere. Quia ſi ex illa cauſa agens, ſuccumbat, poteſt eandem rem petere ex alia cauſa, & non ſta- bit exceptio rei iudicatæ, quia licet ratione dominij fiat condemnatio,non tamen generaliter ſumpti, ſed ad cauſam expreßam, licet remotam de cauſa poſ. c.fi.ut dicit Io.Cal.contra Cy. & Pe. in.c.2.de libel. obla.ſecus ſi nullam cauſſam expreßit, quia tunc ui- detur omne ius ſuum in iudicium deduxiſſe.Vnde ſuc- cumbens præterea non auditur, ſed alio reſpectu tu- tius eſt non exprimere cauſam certā,de quo in.c. ab- bate ſanè de re iudi. li. 6. ubi de hoc. Quid iuris, ſi cauſſæ,quæ erant in principio, deſeruntur pendente lite,

lite,uel nō erant à principio, ſed ſuperuenerunt, An ex cauſa huiuſmodi debet fieri condemnatio uel abſolutio? Et licet ſint multi modi acquirendi dominiū, ut inſti. de rerum diuiſi. §. ſingulorum, & ff. de acqui ren. re. do. per totum, tamen multum eſt difficilis eius probatio. ut. l. cùm is. C. de proba. Vnde dato, quòd nullam cauſam exprimat actor in libello, in actione reali, adhuc tamen ut debeat obtinere, oportet conſtare per confeſſionem, uel probationem de aliquo mo do uel cauſa, quæ ſufficiat ad dominium rei acquirendum & transferendum. Pro tanto eſt conſilium legis, quòd quàmdiu quis poteſt intentare poſſeſſoriū, non aget de proprietate, ut in. l. is. ff. de rei uendi. & ſequente, & no. Bern. in. c. eccleſia, de cau. poſ. & proprie. & etiam in Spec. de acti. & pe. §. ſequitur. uer. ſi autē. Videamus exemplum, quomodo difficilis eſt probatio dominij, quia ſi ex cauſa emptionis dicatur quis dominus alicuius rei, oportet concurrere primùm, quòd contractus præceſſit: ſecundò, quòd precium numeretur, ut fides de eo habeatur, uel aliâs ſatisfaciat: tertiò, quòd traditio rei ſequatur: quartò, ꝙ uenditor fuerit dominus. Iſta ergo oīa probari debēt, quod difficile eſt, poteſt tamen quis intentare Publicianam, in qua leuiores ſunt probationes. Quia non eſt neceſſe probare uenditorē fuiſſe dominū, quia Publiciana competit ex cauſa emptionis, uel cuiuslibet alterius iuſti tituli rem bona fide ab

Quādiu quis poteſt intentare poſſeſſorium, nō aget de proprietate.

Difficilis eſt probatio dominij.

ab aliquo acceptam, credēs eum dominum fuisse, licet in ueritate non esset: de quo Spe. de caussa pos. in rubrica, de proprietate. §. nunc dicendum & in. ca. abbate sanè, de re iudi. li. 6. Item dicitur in libello, quòd res detinetur, si hoc in libello non eßet expreßum, an in fine litis reus eßet absoluendus. Goffre. tenet, quòd non & reprehendit iudicem, qui hoc facit & distinguit, quia aut poßidet aut non: si poßidet, est condemnandus, si non poßidet, adhuc, quia se liti obtulit, condemnandus est ac si poßideret. Illud dictum Gof. ponit Io. An. in addi. Spe. de caußa pos. in rubrica de proprie. §. 1. Quo ad conclusionem seu petitionem libelli, ubi primò petitur per iudicem, declarari rem ad A. pertinere, & sibi adiudicari, & B. ut restituat, ut uacuum tradat, seu dimittat adiudicari, uerbum adiudicari exponunt. Io. Mo. & Archi. in. c. abbate sanè de re iudi. li. 6. ibi adiudicare idem ad se spectare. Et dicunt, quòd adiudicatio fit proprie in actionibus, quæ mixtam habent caussam, uidelicet si res alicuius, quæ ab alio detinentur, petuntur restitui: sed iure ciuili petit quis, rem ad se pertinere declarari. Cōclusio ergo libelli omnia comprehendit, & ita solet fieri, & ita uerbum restitui non pertinet, solum ad poßeßorium, sed ad petitorium etiam, ut no. de do. & contu. c. 2. & in Spe. de acti. & peti. §. sequitur & ibi per Io. An. in addi. Spe, & de litis contes. c. fi. uer. hoc autem & nota. in. ca. inter dilectos, de fide instru. in princi. quia

Adiudicari.

ali-

aliud est restituere rem, aliud poßeßionẽ rei. Item petitur in libello res cum fructibus, à tẽpore occupationis perceptis, bonæ fidei poßeßor lucratur fructus ante litis contestationẽ factos & perceptos. Vnde ista petitio est intelligenda secundum distinctionem iuris communis, de quo in Spe. de fruc. & intereße. §. 1. de hoc per Io. An. in addi. de cauſa poſ. & proprieta. in rubrica. ¶ Additio. ¶ An autem & quando bonæ fidei poßeßor uel malæ fidei teneatur de fructibus, & à quo tempore, uide per legistas in. l. fructus. ff. de rei uen. & in. l. certum. ff. de rei uen. & per canon. in. c. grauis de resti. spoliatorum. Quomodo autem procedit petitio expensarum litis, & quomodo super hoc ferri debet sententia, cùm sit generalis incerta, & de futuro no. de procura. auditis de libelli obla. c. 2. de sequestrati. poſ. c. 1. cùm similibus. Item in fine libelli ponitur protestatio, quòd ad probationem neceßariam se tantũ astringit, de iudi. exhibita de probati. c. licet. uer. idem quoq; no. in Specu. de excepti. §. uiſo. uerſi. porro de libel. concep. §. ultimo. uer. item consueuerunt fieri. Item dicitur in fi. saluo iure addendi, &c. de fide instru. inter dilectos, in pri. Est tamen sciendum, quòd aduocatus circa libelli cõceptionem debet tria aduertere. Primùm, quòd pauca & nõ superflua effundat, si tamen ibi ponantur superflua, dummodo libellus aliàs sit aptus, nõ uitiatur, nota de iudici. examinata. Secundum quod ponat neceßaria & utilia, quæ

Aduocatus tria debet aduertere circa conceptionẽ libelli.

quæ probata suam iuuant intētionem. Tertium, quòd ponat generalia, & se non artet, ut in processu plures uias & diuerticula plura habet, ad fulciendum suā intentionem, de qua & de quibusdam alijs cautelis in Specu. de libel. concep. §. ultimo. De cautelis uerò circa porrectionem & receptionem libelli habendis, no. in Specu. de libel. concep. §. sequitur. Item in libello non exprimitur nomen actionis, uidelicet ut si diceretur, ad hoc propono rei uendicationē, nam hoc nō est necessitatis, maximè secundum canones, ut in. c. dilecti. de iudi. Sed sufficit proponi factum, debet tamē exprimi tale quid, per quod actionis natura cognoscatur, ut ibi no. & in Spe. de acti. & peti. §. 1. Item nō est necesse, quòd pars subscribat diem porrectionis, ut per talem subscriptionem constet de die dati libelli. Sed hoc fit per tabellionē, qui subscribit diem porrectionis libelli, & dilationes datas, de quo etiam in Spe. de libel. concep. §. 1. uer. nec.

¶Forma libelli in actione personali.

IN personali actione formatur sic libellus. Coram uobis &c. quòd licet prædictus. B. præfato. A. in 10. libris denariorum talis monetæ, uel talis pagamēti, uel denariorum currētium, & cōmuniter datiuorū in tali loco, teneatur ex cau. mutui & obligatus existat. Vel sic. Licet idem. B. A. memorato teneatur in tot libris denariorum, quas idem. A. eidē. B. mutuando

do enumerauit,uel quas bona fide deposuit apud eũ: tamẽ huiusmodi debitum uel depositum sibi reddere contradicit. Quare agit & petit procurator prædictus,quatenus præcognito, quantum sufficit de præmißis,nuncietis,decernatis,& declaretis supradictũ. B.A.præfato in expreßa pecuniarum summa ex caussa prædicta teneri,eumq; eidem.A. in huiusmodi debito condemnandum, & ad ipsius solutionem compellendum fore,ac condemnetis & compellatis per uestram diffinitiuam sentẽtiam,& cẽsuram ecclesiasticam.Hæc petit unà cum expensis litis ad superfluam probationẽ se non astringens,ut supra.In isto libello, in actione personali exprimitur caussa petendi mutuum,uel depositum,uel huiusmodi:& hoc est necesse,ut in.c.ult.de libel.obla. Et quia ponitur in libello C.saluo iure addendi &c.

¶De emendatione & mutatione libelli.

Sciendum,quòd aliud est mutare, aliud emẽdare libellum: & communiter dicitur, quòd mutare est omni sublata ueteri actione, proponere nouam, quasi diceret,q; mutare sit substãtia remota, uel detrahere quantitati petitæ,ut in Specu.de libel. concep.§. nunc ostẽdamus:tamẽ alij dicunt, quòd emendare, est defectum in forma supplere. Quando ergo, uel usq; ad quod tẽpus litis potest mutari,uel emẽdari libellus, potest dici, quòd si actor uult mutare, hodie non po-

Mutare.

Emendare.

potest, quia necesse habet persistere oblato libello: si uult emendare eo modo, quia petijt plus, modò uult petere minus, hoc potest usq; ad sententiam: si autem econuerso, ut quia petiuit minus, uult petere plus, potest usq; ad litis cõtestationem, postea non sine nouo libello, de quo tamẽ plenè not. de libe. obla. c. 2. & in Specu. de libe. cõcep. §. nunc ostendamus per Io. An. in additi. ¶Additio. ¶*De hoc tamen, an & quando liceat emendare uel mutare libellum, uide in. l. ædita. C. de eden. & in. c. exanimata de iudicijs. Et libellus primus in actione reali conceptus, est in petitorio. Vnde quia aliud est iudicium possessorium, & aliud proprietas, siue petitorium, ut de cau. pos. & proprieta. per totum. Et intentatur quandoq; solum possessorium, quandoq; utrunq; simul, etiam in eodem libello, ab eadẽ parte, & quando possibilis sit cõcursus petitorij & possessorij in eodem libello, no. in. c. cùm dilectus, & in capitu. pastoralis, de caussa possessionis & proprietatis.*

¶Tres sunt species possessorij.

E*T possessorij tres sunt species, scilicet adipiscẽdæ, retinendæ & recuperandæ, de quo plenè in. c. pastoralis, de cau. pos. in glo. nota. ad intelligentiã, & super ea in Specu. de cau. possessio.*

¶Forma libelli in possessorio recuperandę.

V*Nde in interdicto recuperandæ, quod competit spoliato contra spoliatorem, potest sic formari*

mari libellus. Coram uobis, &c. Quia licet dictus. A. per plura tempora fuit in possessione talis domus uel prædij, in tali loco situati, cuius confines &c. Præfatus tamen. B. de possessione huiusmodi anno tali, mense tali. A. uiolenter expulit, & temerè possessione domus uel prædij eundem spoliauit. Quam domum idem B. ab eo spoliationis tempore detinuit & occupauit, detinet & occupat in animæ suæ graue periculum. Vel sic, Quia licet &c. tamen idem B. eundem à possessione domus uel prædij huiusmodi, per talem spoliari fecit, & eum de possessione ipsa eijci mandauit, & expelli: uel sic. Quia licet A. &c. tamen D. nomine & contemplatione ipsius. B. supradicti prædictum. A possessione ipsius domus spoliauit, quam, inquam, spoliationem ipse. B. eo modo & nomine suo factam, ratam & gratam habuit, & habet, se de domus uel prædicti prædij possessione intermittendo. Vel sic, quòd licet, &c. tamen idem A. cùm esset in possessione domus prædictæ, per D. uiolenter spoliatus, & de possessione ipsa eiectus, memoratus B. domum huiusmodi ab eodem deiectore recepit sciens, prædictum A. possessione ipsius per eundem. D. ut præmittitur, spoliatum. Quare agit & petit procurator, dictus nomine, quo supra, quatenus cognito, quantum sufficit, de præmissis pronuncietis, decernatis & declaretis possessionem domus prædictæ uel prædij, mihi uiolenter ablatam fuisse, & esse restituendam cum

fructibus, exinde à tempore spoliationis prædictæ citra perceptis, & qui percipi potuerunt, ac damnis & interesse. Quos fructus pro singulis annis ad centũ maldra siliginis talis mensuræ, damna uerò & interesse ad tot libras æstimat spoliatus supradictus (uestra iudiciali moderatione salua) prædictumq;. B. ad præmissa eidem A. condemnandum & compellendum fore, ac condemnetis & compellatis per uestram diffinitiuam sententiam, &c. ut supra.

¶Declaratio formæ.

IN isto libello primo narratur, quomodo. A. spoliatus est per. B. possessione domus uel prædij. Et ita competit A. spoliato contra. B. spoliatorem interdictum, unde ui. de rest. spolia. in literis, & in. c. cùm ad sedem, & c. grauis cũ si. Secundò, quòd. A. fuit spoliatus de mandato. B. per D. Tertiò, quòd fuit spoliatus per D. nomine & contemplatione. B. & ipse. B. huiusmodi spoliationem ratam habuit: unde omnes isti tenentur interdicto, unde ui. ut in. c. cùm ad sedem. sup. alle. Quartò. quòd. A. fuit spoliatus per. D. licet non nomine. B. uel mandato eius, tamen B. rem huiusmodi. a. D. deiectore scienter recepit. Vnde tenetur etiam interdicto, unde ui. per decre. sæpe. de restitu. spolia. secundum unum intellectum eiusdem capituli: secundum alium intellectum conditione ex eadem decre. Et sic conclusio libelli est communis ad quodlibet illorum, ad quamlibet enim narrationem, huiusmodi

Conclusio libelli.

apta

apta est petitio conclusiua prædicta. Et huiusmodi interdicto est necessaria allegatio & probatio duorum uidelicet possessiõis & deiectiõis, de offe. dele. in. c. cõsultatiõibus. Et hoc quãdo intẽtatur interdictũ cõtra spoliatorẽ, sed quãdo cõtra ipsum, qui mandauit, tunc probari oportet mandatũ, uel cõtra eum, qui ratũ habuit: tunc oportet etiã probari ratihabitionẽ, q. spoliatio ipsius nomine, uel contemplatione fuit facta, quia ratum quis habere non potest, quod suo nomine non est gestũ de regu. iuris. Ratum li. 6. uel si contra eũ, qui non spoliauit uel mandauit, nec ratum habuit, sed scienter rem recepit, ibi etiam oportet probare scientiam. Vnde dicit Host. notan. in dicta decre. sæpe, quòd si scientiam allegat, eam probare debet, & cùm graue sit illam probare, pro tanto laudat ipse, quòd ponatur conditio ex canone reintegrandæ, 3. q. 1. Per quod auxilium subuenitur ei, qui possessionem qualitercunq; amisit: sunt tamen eiusdem canonis diuersi intellectus, ut ibi no. in ca. cùm ad sedem. & in. c. sæpe. sup. alle. Item in libello petitur possessionem restitui, quia melius pronunciat iudex in interdicto possessionem restituendam, quàm rem restituendam: de quo in Spec. de resti. spoli. §. 1. Et hoc per Io. An. in. c. cùm ad sedem sæpius alle. Item petitur res cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt, nota in. c. grauis, de resti. spoli. Item cum damnis & interesse, ut ibi: & debentur hoc casu

fructus à tempore deiectionis, ut ibi notatur. ¶ *Additio.* ¶ *An autem contra agentem interdicto, unde ui poßit obijci quæstio domini, uide in capitu. primo de restitu. spolia. & in capitu. ad decimas, eodem titu. lib. 6.*

¶ Libellus in caussa spolij super rebus mobilibus.

Si autem quis spoliatur rebus mobilibus, potest sic formari libellus. Coram uobis, &c. *quòd anno, mense &c. prædictus.* B. A. *præfatum in tali loco uel itinere constitutum inuasit, eumq; rebus suis, uidelicet uestimentis, pecunijs & alijs, quas deferebat, temerè defraudauit, & prædauit huiusmodi ab eo rapiendo & sibi auferendo uiolenter, quas ad tot libras denariorum talis monetæ æstimat (uestra iudiciali salua taxatione.) Quare agit & petit procurator prædictus, quatenus præcognito &c. pronuncietis, decernatis & declaretis prædictum.* B. *spoliatorem temerarium, ad restitutionem rerum prædictarum, seu æstimationem earum prætaxatam teneri.* A. *supradicto, & ad hoc eum condemnandum & compellendũ fore: necnon condemnetis, &c.* In tali libello & consimili, non oportet specificationem fieri, & expreßionem singularium rerum, quia probata uiolentia per testes, res probantur per iuramentum uiolentiã paßi, de quo, de his quæ ui metusúe cau. fiunt. c. ulti. de ordi. cogni. c. 2. cum similibus. Item exprimitur tempus,

Declaratio libelli.

pus,locus, quia tale interdictum infamat & includit iniuriam. Vnde spoliatus potest petere satisfactionē, & emendam propter iniuriam,ut sup.dixi.etenim illorum expreßio est facienda in libello, licet cuilibet agatur,de procuratori.c.tuæ.Item,quia in libello ponuntur uerba Gerundiua,uidelicet rapiendo, auferēdo &c. Sciendum,quòd quidam aduocati reorum dicunt talem libellum non procedere. Ratio secundum eos,quia gerundia nihil ponunt, sed posita determinant.Sed hoc non uidetur uerum,quia Gerundia etiā ponuntur & resoluuntur in uerba,ut no.ff. de eden. in glos.super rubrica.Idem enim est dicere damnauit rapiendo,ac si diceretur damnauit & rapuit. Item in sententijs ponuntur Gerundia, ut patet de re iu.ad apostolicæ, ibi dicitur in auctoritate apostolica firmiter inhibendo.Quare ergo non ponerentur in libello,cùm sententia debeat esse conformis libello de symo.c.licet Hely.cùm si & notat Io.An.in addi.Spe. de libel.concep.§.nunc restat. Gerundia.

¶Libello oblato,reus petat copiam & terminum,ad dicendum contra.

Libello ergo oblato & porrecto iudici per actorem,uel eius procuratorem,reus uel eius procurator petat copiam inhærendo protestationi, de non consentiendo in iudicem,ut supra, si talis est iudex, cuius iurisdictio non est fundata,& sibi dari seu con-

cedi inducias. Et uocantur huiusmodi induciæ deliberatoriæ: & de inducijs citatorijs, deliberatorijs, præparatorijs & iudicatorijs, no. 3. q. 2. in summa. Sed de istis & alijs, 20. speciebus induciarum, in speculo de dilati. §. 1. Et induciæ deliberatoriæ, de quibus ad præsens, sunt tempus 20. dierum, à iure taxatæ, 8. q. 3. cap. offeratur. Non tamen sic sunt statutæ in tali numero dierum, quin iudex poßit eas abbreuiare uel prolongare, attentis circumstantijs negocij, personarum, & distantia locorum, &c. Tamen inducias à lege statutas, iudex minimè potest abbreuiare uel prolongare, nota de procurato. c. dilectus de appel. cùm sit Romana & in regula indultum de regu. iu. li. 6. Vtrum autem istæ induciæ sint de substantia, sicut libellus no. per Io. 17. q. 4. uxor. per Inno. & Hostien. de libel. obla. c. 1. Et cōmuniter dicunt doctores, quòd sunt de substantia, si petantur: quia licet iudex poßit illas artare ex caussa, non tamen potest eas reo inuito penitus abnegare, no. in ca. de dila. & in Clemen. sæpe de uerbo sig. in glo. sed tamen cum petitio. Iudex ergo decernere habet & dare seu fieri mandare copiam libelli reo, sub expensis actoris, de quo in Specu. de libel. obla. Et potest reo concedere inducias, ut dixi, statuendo sibi terminum ad omnes dilatorias exceptiones proponendas, post quem non audiet reum super dilatorijs exceptionibus, nisi in tribus casibus, ut in capitulo pastoralis de exceptioni. ¶Additio:

Induciæ deliberatoriæ.

An

¶ An autem iudex posit aßignare certum terminum ad proponendas omnes exceptiones perẽptorias, uide per Panorm. in. præalle.. cap. pastoralis. Et ista omnia sunt per tabellionem conscribẽda in actis, sub hac uel simili forma. Anno quo supra, tali die, comparuit in iudicio coram iudice prædicto talis principalis, uel talis eius procurator, & libellum in scriptis obtulit infrascripti tenoris. Ex aduerso talis principalis, uel talis eius procurator coram prædicto domino iudice, eo adhuc sedente pro tribunali, comparens prædicti libelli copiam decerni, & terminum competentem ad deliberandum sibi postulauit, per ipsum dominum iudicem aßignari. Cui ipse dominus iudex copiam libelli fieri, & sibi dari per me notarium decreuit, inducias petitas sibi concedendo, & talem diem ad proponendum omnes dilatorias exceptiones sibi forsitan competentes: alioquin dicto libello respondendo pro termino, de consensu ipsarum partium, uel earum procuratorum peremptoriè aßignauit. Data & acta sunt hæc, &c. coram ordinario. Tabellio, breuiter solet subscribere diem porrecti libelli, & dilationem reo datam, isto modo: Exhibito tali libello per talem actorem uel procuratorem talem, in præsentia talis rei, uel procuratoris ipsius, &c. Anno, die tali respondebitur pro parte ipsius rei, uel ponentur omnes dilatoriæ exceptiones uel declinatoriæ, die tali, &c.

An iudex posit aßignare terminum ad proponẽdas omnes exceptiones peremptorias.

¶Quomodo reus debet consulere aduocatum super libello.

SEquitur quomodo aduocatus sit consulendus. Reus accepto libello, & obtentis super eo inducijs, consulat aduocatum super eo. Et in deliberando quomodo debet se habere reus: de hoc tradit doctrinam fulgidam. Guil. in Spec. de acti. & peti. §. in anterioribus. Et si reus conuenitur actione reali, & ipse rem petitam à reo non possidet nec detinet, ueniet in termino statuto coram iudice, dicendo se non possidere, nec detinere rem in libello petitam, & res est expedita, quia tunc dimittetur. ff. de rei uen. l. in rem de appel. ex parte, de quo de excep. c. pe. de re iud. c. abbate sanè. li. 6. ¶Additio. ¶Et si dixerit se non possidere, & possit conuinci de mendacio, perdet cõmodum possessionis, & transfertur in aduersarium, ut in. l. fi. ff. de rei uendi. Et si tempore litis contestati, non possideat, sed tempore sentẽtiæ reperitur possidere, debet condemnari. l. sin autem. §. possidere. ff. eodem titulo. ¶Si autem possidet nomine alieno, habet paratum auxilium, ut in. c. quoniam frequẽter. sup. alle. in. §. quòd si super: quia facultatem nominandi dominum habet se excusandi, ut ibi. Sed si possidet nomine proprio, tunc offerendo se defensioni uideat, si aliquas habeat exceptiones contra actorem uel procuratorem, uel contra libellum & eius formam. Illas

enim

enim in termino sibi aßignato omnes proponat, ut nota. in allegato capitulo pastoralis.

¶Exceptiones sunt multiplices.

P*Ro quo notandum, quòd exceptionum diuersæ sunt species. Aliæ sunt peremptoriæ, aliæ dilatoriæ, aliæ anomalæ, & aliæ mixtæ, ut nota de exceptioni. c. exceptionum in glo.* Et per Hostien. *in summa eo. titu. §. 2. plenius in Spe. eo. ti. §. 2. & 3. & ibi in addit. tanguntur etiam aliæ diuisiones, quia aliæ peremptoriæ; aliæ temporales, aliæ personales, aliæ reales, de quo ibi, &c.* De *peremptorijs uidebimus suo tempore, de dilatorijs ad præsens uidendum.* Vnde *dicuntur dilatoriæ? quia caußam differunt institu. eo. titu. §. appellantur.* Et *dilatoriarum alia dilatoria iudicij, alia solutionis.* Dilatoria *iudicij est multiplex, quia alia competit ratione iudicis, alia ratione actoris; alia ratione rei ipsius excipientis, ut quia est legatus, uel aliàs habet ius reuocandi domum, de foro competenti. capitu. ulti.* Alia *ratione procuratoris, alia ratione rescripti, alia ratione loci, alia ratione fori, de quo in* Spec. *de excepti. §. 1. uer. dilatoriæ uerò.* Et *illæ regulariter proponendæ sunt ante litis contestationem. postea non nisi in certis casibus de offi. dele. insinuante.* Et *quando plures competunt, quæ illarum primò debet proponi, uide in alle. c. pastoralis, de excep. & in. c. inter monasterium de re iudi.* Et *magna est inter doctores difficultas, de exceptione recusationis,* Dilatoriæ.

Conclusio Io. Andreæ.

an illa debeat esse prior, tamen Io. An. dicit ibi in nouella conclusiuè, quòd omnis exceptio, per quam iurisdictio iudicis denegatur, præcedit exceptionē recusationis: utilis enim est talis exceptio recusationis, sed non necessaria. Alias autem exceptiones, quæ non afficiunt iurisdictionem iudicis, præcedat recusatio, & hoc dicit tenendum post factum, ante factum cōsulit cū Gof. cuius opinio ibi habetur in glo. quicunq;. Si autē reus habet exceptionem inducentem nullitatem iurisdictionis, puta per quam redditur rescriptum nullum, uel persona iudicis inhabilis. Vt si dicatur rescriptum impetratum ab excommunicato, propter quod est nullum regulariter, de rescriptis. c. 1. li. 6. uel iudicem excommunicatum fuisse tēpore impetrati rescripti, in quem non cadit iurisdictio, uel consimilem exceptionem. Illam primò proponat, quia primò mittēda est securis ad radicem, id est, ad iurisdictionem, ut 3. q. 6. §. exceptio. Sed si non habet talem, sed habet aliam cōtra personam iudicis, actoris, & procuratoris, tunc primò exceptionem recusationis proponat, contra iudicem, ut no. in. c. pasto. & in. c. inter. sup. alle. uel proponat eas simul disiunctim uel subalternatim, & hoc melius, & illam de suspecto primo prosequatur, ut in. d. c. pasto. no. Quomodo autem recusatur ordinarius, & coram quo probanda sit exceptio, legitur & no. de foro competen. si quis contra clericum, & in. c. licet de ap. cum similibus. Quomodo autem

autem delegatus recusetur, habetur de offi.dele.super quæstionum, & in eo.ti.si contra unum li.6.cum concor. ¶Additio. ¶Ex quibus autem caußis poßit iudex recusari, tanquã suspectus, uide per Philippum de Perusi.in ca.postremo de appella. qui ponit 40. caußas sufficientes ad talem recusationẽ proponendã.

¶Quid sit recusatio.

ET est recusatio à iudice, uel à iurisdictione declinatio, per exceptionem suspicionis oppositam, & licet ex una sola caussa iudex recusetur, puta, quia suspectus.3.q.5.quia suspecti, ut lite non contes. c.accedens.1.& 2. Illius tamen suspicionis multæ sunt caussæ, & 18.enumerantur in.c.legittima de ap.li. 6. Et potest sic formari recusationis exceptio, quæ in scriptis est proponenda, de quo tamen in ca.quoniam de proba. Forma exceptionis recusationis. Coram uobis domino, iudice tali proponit procurator procuratorio nomine talis, & dicit contra personam uestrã excipiẽdo, q cũ talis aduersarius suus, uester sit cõsanguineus, uel domesticus, uel familiaris, &c. uos ex caussa huiusmodi estis sibi maximè suspecti, uel uehemẽter suspectus: & qa piculosum est corã suspecto iudice litigare: ratio dictat, ut uos & iudiciũ uestrũ recuset, et caußã huiusmodi suspiciõis probaturũ se offert corã arbitris, quos cõmuniter eligere unà cũ aduersario est paratus, & si cõmunes simul cõuenire nõ poßunt, talẽ nomi

nominat & eligit pro parte sua, & hoc, quando iudex recusatus est ordinarius uel delegatus unicus. Si uerò est delegatus, habens collegam, & dati sunt cum clausula (quòd si ambo &c. tunc coram collega probanda est exceptio recusationis. Vnde tunc dicat excipiens, & caussam suspicionis huiusmodi se offert coram collega uestro legittimè probaturum. Similiter sicut aliàs simpliciter recurritur ad arbitros, & in.c. si contra unum de offi.dele.li.6. Et ibi, quando delegatus uel officialis Episcopi recusatur. Vel si est subdelegatus, tunc debet fieri probatio coram delegato, ut in.c. super quæstionum de offi.dele. §. quem uerò, & .§. fi. de quo plenè no.in. c. cum speciali de ap. Et ordinarius recusatus potest caussam alteri cōmittere cum assensu recusatoris & actoris, uel caussam ad superiorem remittere de fo.compe. si quis contra clericum, & ca. cum speciali de appella. Et an hoc poßit delegatus, & quando habetur in ca. iudex de officio dele.li.6. Et quod dicit in forma exceptionis, quòd recusans offert probationem caußæ recusationis, & petit electionem arbitrorum, dicit Inno.in.c. cùm speciali.sup.alle. quòd hoc non est necesse, sed iudex habet ex eo inquirere, de quo ibi, & hoc, quando reus recusat. Potest etiam actor recusare iudicem non tamen delegatum, quem impetrauit ex ueteri caussa, sed ex superuenienti. de offi. dele. insinuante, & c. super quæstionum. Ordinarium potest recusare, ut in. c. alle.

alle. si quis contra clericum, de fo. cõpe. & tunc actor sic potest formare suam recusationem. Forma recusationis ordinarij. Domine Episcope, ego uellem conuenire aduersarium meum talem subditum uestrum, sed quia ille est consanguineus uel amicus uester specialis, & uos tanquã nimis fauens eidem, mihi estis ex huiusmodi caussa suspectus: ideo supplico, quatenus caussam huiusmodi alij committatis, seu mihi detis delegatum, &c. Quomodo autem procedatur in articulo recusationis, legitur & habetur de offi. dele. suspicionis. de ap. cum speciali. & eo. ti. legitima. li. 6. cum remißionibus suis: & de arbitris super hoc eligendis, qui arbitri iuris appellantur, in c. ab arbitris de offi. dele. li. 6. Si uerò reus non habet exceptiones contra personam iudicis, uideat an sibi competant illæ exceptiones, uidelicet contra personam actoris, an sit minor uel excommunicatus, &c. & tales exceptiones, quæ poßunt fieri contra actorem, ponit Guil. in Spe. de acto. §. 1. Vel contra forum, uel contra locum, ut sup. dixi. Potest ergo sic excipere contra actorem.

¶Forma exceptionis contra actorem.

PRocurator nomine procuratorio discreti uiri B. contra A. in iudicium & caussam uocati corã uobis domino Episcopo uel officiali, &c. proponit & dicit excipiẽdo, quòd præfatus A. est in pupillari ætate constitutus. Quare in iudicio eße & agere non potest, nec debet admitti, ut per se stando in iudicio, prose-

prosequatur caussam. Idcirco petit per uos decerni, declarari & pronunciari prædictum. A. personam standi in iudicio nō habere, nec ad agēdum admittendum esse condemnando eum prædicto. B. in expensis.

¶Forma exceptionis contra libellum.

VEl *contra libellum sic potest excipere reus. Excipiendo proponit procurator procuratorio nomine talis cōtra prætensum libellum, sibi coram uobis, honorabili domino* Decano, *iudice uel officiali, &c. pro parte talis oblatum, & dicit, quòd huiusmodi libellus prætensus obscurus est, generalis, falsus, dubius, confusus & ineptus, & alias &c. quòd ad eum, pro parte prædicti rei. B. minimè est respondendum, maximè ex eo, quia in eo non exprimitur caussa petendi, cùm tamen datus sit in actione personali, uel ex eo, quòd res petita minime specificatur per confinia, uel aliâs sic: quòd reus ualeat deliberare, uel quia manifestam continet contrarietatem, uel ineptitudinem. Ideo per iudicem ex officio reijciendus est & laniandus. Quare petit procurator prædictus nomine, quo supra, quatenus pronuncietis, decernatis & declaretis præassignato libello, tanquàm obscuro, inepto, & incerto, pro parte dicti rei nō fuisse nec esse respondendum, ipsumq; libellum prætensum esse reijciendum & repellendum, & prædictum reum à uestra instantia iudi-*

esse absoluendum fore, reijciatis & absoluatis: ipsum actorem sibi in expensis propterea factis condemnandum, & cōdemnetis, saluo iure addendi, &c. Quod tamen caußa petendi in personali est exprimenda, patet de libel. obla. c. ulti. In reali res est exprimenda, & per cōfinia significanda, ut de lib. oblatio. c. 2. ut sup. dictum est. Et sciendum est, quòd cautum est petere sic. Vnde non debet petere reus, quòd actor declaret libellum obscurum uel ineptum emendet, quia sic instrueret ipsum actorem, sed petat, ut sup. & tunc secundum formam huiusmodi petitionis habet interloqui iudex, ut no. de libel. obla. ca. ulti. & in Spe. de libel. cōcep. §. sequitur uidere. uer. item recepto, & §. ad huius. uer. cautus etiam sit. Et qualiter & ex quibus caußis impugnari poßit libellus, ponit Guil. de libel. concep. §. iuxta. ¶Additio. ¶Et nota, quòd libellus debet cōtinere nomen actoris: itē res petitas, nomen iudicis, nomen actionis, uel saltem tale factum, ex quo resultari poßit actio apta: nomen rei conuenti, ut in Spe. de libe. cōcep. §. 4. unde datur communiter uersus. Quis, quid, coram quo iure petatur, & à quo. Rectè compositus quisque libellus habet. Vel si reus uult declinare forum iudicis, ut quia est laicus & caußa est prophana, & corā ecclesiastico iudice tractanda, conueniēter potest sic excipere.

Quid libellus continere debeat.

¶Forma exceptionis contra forum.

Procul

PRocurator nomine procuratorio talis rei, proponit & dicit excipiēdo, quòd cùm causa in prætenso libello pro parte actoris, coram uobis honorabili uiro domino officiali oblato, proposita ciuilis sit & prophana, ipseq; reus cùm laicus sit paratus coram suo iudice seculari respondere, cuius forum actor sequi debet. Idcirco libello prædicto, & super causa huiusmodi prætensa, coram uobis respondere non tenetur, sed ad suum iudicem fori secularis, uidelicet talis est remittendus. Quare petit per uos renunciari, decerni & declarari, prædictum reūm ad respondendum libello præassignato, uel aliâs litigandum super causa huiusmodi prædicta, coram uobis nō teneri, sed ipsum ad prædictū suum cōpetentem iudicem remittendum fore, condemnandum sibi actorem in expensis. Ista exceptio probatur per c. nouit de iudi. & in. c. cùm sit de foro compe. &. c. licet, &. c. ex tenore. eo. ti. ¶ Additio. Nota tamen quòd multi sunt casus, in quibus laicus cogitur respondere coram iudice ecclesiastico, de quibus uide 16. qui ponūtur per eundem Panor. in. c. licet ex suscepto de iudicijs. Si ergo termino dato ad deliberandum reus opponat exceptionem dilatoriam de præmissis, uel aliam actor, uel eius procurator, petat eius copiam sibi decerni per iudicem & terminum competentem ad replicandum aßignari. Quod habet facere iudex, & hoc scribatur per tabellionem in forma consueta. Forma actoris in

Casus quibus laicus cogitur respōdere corā iudice ecclesiastico.

actis

actis signatorum. Termino prædicto adueniente, uidelicet tali die comparuit coram prædicto domino iudice sedēte pro tribunali ad ius reddendū, talis reus uel eius procurator exceptiones obtulit, quarum tenores inferius continentur, petens illas admitti. Talis actor uel ipsius procurator comparuit ex aduerso earundem exceptionum copiam sibi decerni & dari petens, ac terminum competentem ad replicandum contra eas sibi aßignari. Cui iudex præfatus copiam prædictam decreuit, & diem talem ad replicandum & dicendum contra exceptiones, si uoluerit, sibi aßignauit pro termino peremptorio. Coram ordinario scribere solet tabellio breuiter, in fine exceptionum, isto modo. Exhibitis his exceptionibus per talem reum uel eius procuratorem, in præsentia talis actoris uel sui procuratoris, anno tali, die tali, præsentibus talibus: respondebitur, uel contra eas replicabitur pro parte actoris, die tali, quem terminum de utriusque partis consensu duximus ad hoc præfigendum. Actor ergo in termino, sibi ad dicendum contra exceptiones statuto poteſt exceptionem replicando elidere, uidelicet exceptionem recusationis, isto modo.

¶Replicatio contra exceptiones recusationis iudicis.

Contra exceptiones prætensas oppositas pro parte talis rei, coram uobis honorabili uiro domino

domino iudice, uos ex tali caussa, ut suspectum recusando proponit procurator nomine procuratoris talis actoris, & dicit replicando, quòd exceptiones huiusmodi friuolæ & frustratoriæ non sunt admittēdæ: nec ipse reus uos neq; personam uestram potest rationabiliter recusare, cùm & si prædictus actor sit cōsanguineus uester, tamen, quia ipse reus etiam est uester consanguineus, idcirco pars affectionis caussa huiusmodi suspicionem tollit. Vel sic, licet ipse actor uester dicatur amicus uel consanguineus, quia tamen si inter uos & eum est aliqua amicitia, illa est leuis & modica, & talis non est, propter quam debeatis, ut suspectus recusari, cùm omnis amicitia sit sufficiens caussa ad iudicem recusandum. Quare petit procurator prædictus, quatenus præassignatis exceptionibus non obstantibus pronuncietis, decernatis & declaretis libello prædicti actoris fuisse & esse respondendum, & in caussa huiusmodi procedendum ad ulteriora, ipsumq; reum ad hoc cogendum fore atq; cogatis, & eum prædicto actori in expensis legitimis cōdemnetis. Ista replicatio colligitur ex notatis, in. c. accedens, ut lite non contest. & ex notatis, in. c. postremo de ap. in glo. ¶Additio. ¶*An autem exceptio recusationis possit tolli per principem, & an ualeat sententia lata per iudicem suspectum, uide per Panor. & Feli. in. c. cùm inter de exceptio.*

Repli-

¶Replicatio contra exceptiones declinatorias fori.

Contra exceptiones declinatorias fori, potest actor sic replicare. Replicando contra exceptiones prætensas, talis rei procurator, nomine procuratorio talis actoris proponit & dicit, quòd exceptiones huiusmodi prætensæ, nec procedunt, nec sunt admittendæ, sed tanquàm frustratoriæ & friuolæ repellendæ: nam licet conuentus sit laicus, & caußa prophana, locus autem domicilij rei est de uestra iurisdictione temporali. Vel sic, de consuetudine tamen longæua & præscripta, legitimè uobis iurisdictio competit, & cognitio in hac parte. Vel sic ipse tamen secularis iudex rei, super hoc sæpiùs pro parte actoris humiliter requisitus, ipsi actori iustitiam ministrare recusauit. Quare petit, & c. ut sup. in proxima replica. Ista replicatio fundatur super ca. licet de fo. compe. & c. si duobus, de appel. cùm si. Et si reus petit copiam & terminum ad duplicandum, uel si renunciat duplicationi, & petit interloqui, debet totum scribi per tabellionem in actis, in forma solita.

¶Quid sit replicatio.

Quid sit replicatio, & quomodo debeat esse talis, q̃ afficiat, tollat seu elidat, seu uitiet exceptionem, sicut exceptio ipsam actionem, uel actum cui opponitur, plenè no. p Io. An. in decre. à nobis de excep. in commen. & in c. ult. de ordi. cog. Et

Replicatio quid. dicitur, quòd replicatio est allegatio actoris, per quã resoluitur exceptio insti. de repli. in prin. uel latius sumendo omittatur uerbum actoris, unde replicatio est etiam exceptio, & dicitur quasi exceptiõis exceptio. ff. e. l. penul. Et tantum de exceptionibus dilatorijs, & exceptionibus iudicij. De dilatoria solutionis, quomodo debet ante li. contes. proponi, & si de ea constet oportet, q. differenda sit solutio, & tunc impedit processum, & induciæ duplicabuntur, quia petijt plus temporis, de plus peti. c. unico. Si non constet, probabitur post litis contest. per Inno. & abbatem, & aliqs in. c. pastoralis de exceptio. in Spe. de excep. §. nunc uidendum restat in prin. & post ea formam uidebimus. Exceptio anormala. Est etiam exceptio anormala, quasi sine regula, quia non sequitur normam aliarum exceptionũ, quia in qualibet parte litis, & post litis contes. & etiam post sententiam potest opponi, ut in Cle. unica de excep. & eo. ti. c. pia. li. 6. Si tamen reus aliquas proponit, & alias maliciose & dolose obmittat, uidelicet ut actor fatigetur, tunc condemnabitur actori in expensis, ut in. c. exceptione, de excep. Et potest eadem exceptio bis opponi, sed ultra duas uices nõ opponitur, ut in. c. pia. eo. ti. li. 6. ¶ Additio. ¶ Quæ autem Quæ dicũtur exceptiones anormalæ. dicantur exceptiones anormalæ, & quo tempore debeant proponi, uide per Specu. §. I. uer. anormalæ. Potest ergo sic opponi, & formari talis exceptio anormala.

¶Forma exceptionis anormalę.

PRocurator talis rei proponit excipiendo, & dicit, quòd uos domine iudex, ad instantiam talis actoris, in caussa, quam mouet uel mouere intendit tali reo, coram uobis procedere non potestis, nec eum ad agendum seu caussam incœptam prosequendam, debetis admittere seu audire, nec ipse potest in iudicio stare, tanquã actor pro eo, quia per talem iudicem ordinarium, uel delegatum, uel auctoritate talis canonis est maioris sententia excommunicationis innodatus. Quare petit prædictus procurator per uos pronunciari, decerni & declarari prædictum excommunicatum esse repellendum ab agendo, & repellatis, &c. Et in ista exceptione excommunicationis debet exprimi nomen excommunicatoris, & qualitas excommunicationis, aliâs non est admittenda, & debet probari ista infra dies octo apertißimis documentis. alioquin debet excipiens condemnari in expensis, quia frequenter maliciosè consueuit opponi, ut in. c. prædicto pia. de except. in li. 6. ubi de ista excep. plenè no. Et quia tam illæ quàm aliæ exceptiones consueuerunt opponi maliciose ad litis protractionem uel prorogationem. Vnde iudex potest cogere excipientem, ut præstet iuramentum, quòd eas maliciosè non proponit, de quo in Spe. de excep. c. 2. uer. potest etiam iudex, nam hoc iuramentum de malicia, potest in qua- Iuramentum de malicia.

cunq; parte litis iudex exigere, quando sibi uidetur expedire, ut de iura. cal. c. 2. ult. respon. li. 6. & contra aduocatum maliciose exceptiones tales pro eis cõfingentem: uidendum est in Spe. de exceptio. §. uiso.: uer. hanc igitur circa finem. ¶Additio. ¶Et aduerte, quia huiusmodi excõmunicationis exceptio nõ tantum potest proponi ad impediendum processum, sed etiam ad impediendum executionem sententiæ, ut in dicto. c. pia. Contra uerò prædictam exceptionem excommunicationis potest replicare actor isto modo.

¶Replicatio contra exceptionem anormalã.

Coram uobis honorabili domino iudice. &c. procurator talis actoris contra exceptiones, pro parte talis rei sibi oppositas, replicando proponit & dicit, quòd prædicta exceptio opposita, non est uera nec admittenda, quia licet prædictus actor aliàs per talem iudicem fuit excõmunicatus, ipse tamen ab eadem sententia est per ipsum iudicem absolutus: ad quod probandũ literas absolutorias producit, & petit per uos pronunciari prædicta exceptione nõ obstãte, in caussa esse procedendũ, & procedi ad ulteriora. Vel sic: Coram uobis &c. Et dicit, quòd præassignata exceptio nõ procedit, sed friuola est & frustratoria, nec eius prætextu debet actor ab agendo præcludi cũ ipsa excõmunicationis prætẽsa sentẽtia, quam allegat, nulla est & irrita ipso iure, eò quòd intolerabilẽ cõti

net errorē, uel pro eo, q̄a ante sententiā eandē assertā ipse actor ab ea, prædicto iudice eā proferēte ex caussa legitima appellauit. Vel quia ipsa sentētia est p non suū iudicē lata. Istæ replicationes probātur de arbi. in c. nouit de consue. ad nostrā, de sentē. excōmuni. p tuas cū similibus de iudi. ac si clerici cum cōcor. Reus autē potest duplicare dicendo contra replicationē, pro parte talis actoris, cōtra exceptiones talis rei oblatas, proponit procurator ipsius rei duplicando, & dicit, quòd ipsa replicatio prætensa est, irrita & inualida, nec exceptionem ipsius ueram & legitimam afficere poterit, uel uitiare, cùm ille, à quo actor se absolutum asserit, absolutionis tempore minimè habuit absolutionis potestatem. Quare petit procurator ipsius rei prædictis suis exceptionibus inhærendo, per uos pronunciari & fieri, prout in ipsis exceptionibus est petitum, & actorem sibi in expensis cōdemnari. Propositis ergo exceptionibus, replicationibus, duplicatiōibus, & aliquando triplicatiōibus, & quadruplicationibus, tandem partes ulterioribus sup hoc altercationibus renunciant & petunt interloqui super exceptione uel replicatione sua. Iudex ergo per suam interlocutoriam pronunciabit super exceptione, an obstet, uel nō, uel si sup ea inductæ sunt probatiōes, an sit probata uel nō, quia tales exceptiones dilatoriæ dicuntur emergentes, & super illis est pronunciandum, licet super incidenti nō sit

Duplicatio

necesse pronunciari, de quo plenè de ordi. cogni. c. 1. Et an sit pronunciandum super exceptiõe rei, uel replicatione actoris no. ple. in prædicta decreta. à nobis de excep. Quia si exceptio est emergens, tunc quantumcunque sequatur replicatio, duplicatio, triplicatio, &c. satis erit super exceptione pronunciandum, ut no. ibi. ¶Additio. ¶Et aduerte, quòd omnis exceptio, concernens processum, dicitur emergens: illa uerò, quæ concernit factum principale, seu quæ opponitur ad ipsum factum principale, dicitur incidens, ut no. Panor. in. c. 1. de ordi. cogni. in fi. Est etiã, ut dixi, exceptio mixta: ut si reus dicat se debitum petitum sub conditione promisisse, uidelicet, si ascenderet capitolium, &c. Et ista uocatur mixta, quia dubium est an sit dilatoria an peremptoria: nam si extabat, conditio erit dilatoria, si nunquàm extabat, erit peremptoria. Quando ergo sit opponenda, an ante litem contesta. uel post, tangit Guil. in Spe. ti. de excep. §. fi.

Exceptio Emergens. Incidens. Mixta.

¶Sequitur de exceptionibus peremptorijs.

Exceptiones autem peremptoriæ ante li. contes. regulariter locum non habent, sed post. Excipiuntur tres casus, uidelicet, quando excipitur de re iudicata, transacta uel finita. Istæ tres peremptoriæ sunt priuilegiatæ, quia ante litis contes. opponi possunt, & ipsam litem contes. impediunt, ut in. c. 1. de litis

Exceptiones peremptoriæ priuilegiatæ.

tis contest.li.6. Et *si habent naturam præiudicialem, quæ processui præiudicat.* Et *quomodo quatuor modis dicitur positio uel exceptio præiudicialis, no. de ord. cogn.c.1.ubi de hoc insti.de ac. §. præiudiciales, & in.c.exceptionis,de litis contest. li. 6.* Aduertendum *est ergo,quòd sunt aliquæ exceptiones peremptoriæ,quæ proponi poßunt & probari ante litem contest.& post usque ad conclusionem caussæ,ut sunt prædictæ tres priuilegiatæ.* ¶Additio. ¶*An autem erceptio peremptoria opposita in uim dilatoriæ,ut admissa poßit iterum opponi in uim peremptoriæ,uide per* Bar.*in.l.eleganter in fi.ff. de conditiõe indebiti, & in ca.ueniẽs de testibus.* Aliq*uæ sunt, quæ non possunt ante li. contest.opponi, sic ut litis contest.impediant,sed solum post li.contest.usque ad sententiam seu conclusionem, & istud est rdgulare.* Item *sunt aliquæ, quæ etiam post sentententiam possunt opponi & probari,etiam si à sententia non fuerit appellatum,sicut est exceptio compensatiõis, de qua de or.cog.c.ult.de fi.instru.cùm* Ioannes *in* Spe. *de appel.§.ult.uer.sed nunquid in caussa.* V*nde exceptionum peremptoriarum aliquæ sunt,quæ nõ stant per se,sed stant,inquantum concernunt principales actiones,ut exceptio pacti de non agendo, & similes tales,non opponuntur post sententiam, nisi in caussa appellationis, quia uis seu effectus illarum tollitur per sententiam.* Ali*æ sunt,quæ sunt per se sic,quòd*

de sui natura non concernunt principales actiones, fi nis illarum non tollitur per sententiam: sicut exceptio compensationis, & ideo opponitur etiam post sententiam: de quo tamen dicendum, ut no. de ord. cogn. c. ul. Et casus, in quibus opponitur exceptio pemptoria post sententiam, ponit Guil. in Spe. de excep. §. dicto. uer. ubi autem à sententia Hostien. in sum. eo. ti. §. quando. uer. in casibus tamen, & de sen. & re iud. sub Rubric. de re iudi. §. quanta. uersi. nec occasione peremptoriæ. Item quomodo peremptoriarum aliquæ dicuntur propriæ exceptiones, aliæ defensoriæ. Propriæ exceptiones dicuntur, quæ ipso iure tollunt obligationem naturalem & ciuilem, & illam ope exceptionis elidunt uel destruunt, unde melius exceptiones elisoriæ quàm pemptoriæ uocarentur, quia non perimunt actionem, sed elidunt, ut exceptio pacti de nouo petendo in perpetuum, & iusiurandi, & simles. Defensoriæ uocantur, quæ ipso iure tollunt & perimunt omnem actionem, ut solutio, acceptilatio, de quo in Spe. de excep. in prim. Istæ licet defendant reum, non tamen excludunt uel elidunt actionem, cùm nulla sit actio suborta. Aliqui tamen, ut Fran. Vercellen. uolunt dicere, quòd differentia uerborum huiusmodi respicit solum usum & modum duplicem loquendi, quo rei utuntur, dicendo excipiendo propono, uel ad iuris mei defensionem propono: uel ut dicit ipse, defensio potest dici, quæ reum

Exceptiones propriæ.

Elisoriæ.

Defensoriæ.

Defensio.

probabiliter defendit, sed exceptio, quæ realiter eli- Exceptio.
dit, de quo per Io. An. in. d. c. de excep. li. 6. in nouel.
Si ergo reo deficiunt dilatoriæ, si habeat aliquam de peremptorijs priuilegiatis litis contestationem impedientibus, potest se ad illam cõuertere, & opponere eam ante li. contest. Et erit tunc forma exceptionis ista.

¶Forma exceptionis peremptoriæ.

Coram uobis honorabili uiro domino officiali, procurator procuratorio nomine talis rei proponit & dicit, excipiendo, quòd illa uice inter prædictum actorem & reum præfatum, coram tali iudice ipsius rei competendæ, de & sup prætenso debito, p ipsum actorem ab eodem reo etiam ex eadem caussa tunc petito, uel de & sup re in prætenso ipsius actoris libello petita, quam actor ad se generaliter uel ex caussa tali tunc etiam aßeruit ptinere, extitit litigatum, & ipse actor ab eodem iudice sententiam diffinitiuam reportauit, p quam reus ipse ab eius petitione fuit absolutus: quæ sententia appellatione non suspensa, in rem transiuit iudicatam. Vel sic: Coram uobis, &c. usquã extitit litigatũ, & tandẽ partes ipsæ sponte & liberè sup huiusmodi quæstiõe & lite trãsegerunt, sic q ipsa caussa per transactionem sopita est & extincta, unde ipse actor nũc sopitam eo modo quæstionem resuscitare & reformare præsumẽs, sup hoc

hoc obstante sibi re iudicata uel transactione prædicta audiendus non existit. Quare prædictus procurator petit per uos pronunciari, decerni & declarari præfatum actorem super petitione sua, & caussa huiusmodi non esse ulterius audiendum, nec ad agendum fore admittendum prædictum actorem reo in expensis condemnetis legitimis. Ita debet peti, quando exceptiones istæ opponuntur ante litis contestationem, & tunc etiam secundum istam petitionis formam habet iudicis pronunciatio fieri, ut no. in. c. 1. de li. contest. li. 6. Propter quod tutius esset exceptionem talem deferre post litis contestationẽ, quia tunc absolueretur super principali, ut ibi nota, de quo in Spec. de exceptionibus. §. prædicto in ultima carta.

¶ Additio. ¶ An autem super istis exceptionibus peremptorijs, & oppositis ante litis contestationem, debeat lis cõtestari, uide in. c. 1. de excep. li. 6. Ad hoc autem, ut obstet exceptio rei iudicatæ, plura habent concurrere, uidelicet, quòd idem sit corpus seu quantitas, idem sit modus petendi, eadem conditio personarum, & quòd reus possedit rem post sententiam petitam ab eo, ut no. in. c. penul. de excep. & in alle. c. 1. de li. contes. li. 6. Item ad ualiditatem & efficaciã exceptionis transactionis requiritur, quod transactio tenuerat. Replicatio actoris contra excep. pemptorias rei. R. Vnde potest actor contra prædictas exceptiones replicare. sic dicendo, Procurator talis acto-

ris replicando contra prætensas exceptiones talis rei proponit & dicit, quòd licet alias inter partes sup eadem re, uel eodem debito fuerit coram tali litigatum, & sententia lata diffinitiua, nec p appellationem suspensa: quia tamen ille coram quo partes litigabãt, nullam habuit iurisdictionem, uel sententia diffinitiua p eum lata fuit, & est nulla ex tali caußa, uel actor tunc rem uel debitum petebat ex alia caussa, uel agendi modus est uariatus, quia tunc agebatur ad hoc, nũc autem ad illud agitur, uel transactio præaßignata, dolose est irrita, & nulla ex tali caussa, &c. de quibus replicationibus no. in. c. alle. de excep. li. 6. & in Spe. de excep. §. dicto de hoc quoq; notandum. ¶Additio. ¶Et aduerte, quia si dolus actoris dederit caussam transactioni; talis transactio dicitur nulla: secus ex dolo rei, ut est tex. in. l. & summa. ff. de condi. indebiti iuncta. l. 2. C. de transac. An istæ exceptiones pemptoriæ priuilegiatæ opponi possunt post terminum dilatoriarum, latè tractat Io. An. in addi. Spe. de dila. §. 1. & sibi placet, quòd sic per rationes, quas ibi adducit.

¶Modus reconuentionis.

SI uerò nec prædictæ exceptiones pemptoriæ reo competant, sed habet aliquam exceptionem cõtra actorem, potest eum coram eodem iudice reconuenire, siue iudex sit ordinarius, uel delegatus, de mutu. peti. c. de rescriptis dispendia, li. 6. Offerat ergo reus

tunc

tunc actori libellum reconuentionalem, ante li. cōtes. quia reconuentio habet fieri ante li. contes. & postea non habet locum, nisi præmissa ante li. contes. protestatione de recōuentione, facienda statim post li. contest. secundum cōmunem doctorum opinionem, licet Innocen. & Ber. uidētur tenere eam fieri posse etiam post li. cōtesta. & ante conclusionem caussæ: & ista opinio cōmuniter reprobatur, in alle. ca. 1. de mutu. peti. quia reconuentio, ut dicit Io. de lignia. est uerbū respectiuum, concernens conuentionem, & respectiua sunt simul tempore: etiam probat hoc ordo rubricarum. Et tunc oblato libello reconuentionali huiusmodi caussæ, sic iure conuentionis & recouentionis illa, quæ à te uicissim scilicet mutuis uicibus tractandæ sunt, & sub illa sententia terminandæ, de or. cog. ca. 2. & c. 1. statim alle. ita, quòd lite cōtestata, super libello actoris per reum, actor etiam statim cōtestabitur, & primò iurabitur super cōuentione: secundò, super reconuentione, & sic de singulis terminis & actibus in caussis huiusmodi seruandis, ut ibi no. & alias. Si tamen iudex alias, quàm p reconuentionem est iudex circa obseruationē talis uicissitudinis, sibi altior est potestas, & habens, de quo per Io. An. in addi. Spe. de reconuen. §. uidendum. Si autem neglexit reus actorem reconuenire ante li. contest. uel in continenti post protestatione prius facta, ut est dictum, tunc si caussa pendet coram delegato, & reus uult actori mo

uere

uere actionem,quia hoc non potest uia reconuentionis,oportet ipsum rescriptum ad eundem iudicē impetrare,ut in.d.ca.dispendia.de rescri.li.6.Sed si caussa est coram ordinario,tunc reus poterit reconuenire actorem coram eo quandocunque, etiam si sit ordinarius partis utriusque, sed tunc cessabit uicißitudo processus,quia quælibet lis caußæ currit in arte sua. In cæteris tamen casibus non admittitur reconuentio, ut si actor conuenit reum possessorio, scilicet interdicto, unde ui, non poterit actor per eum conueniri, nisi de alia spoliatione: ut in. c. ulti. de or.cog. Et ibi etiam no.de spoliatione, in modum exceptionis opposita, & in.c.2. de or. cog. & in. c. frequens de resti. spo. li. 6. hoc est uerum actore inuito; sed eo consentiente procedit reconuentio, ut resti.spo.c.1. Et casus, in quibus non procedit reconuentio,no.de arbi. cum dilectus in glo. super ed.

¶ Additio. ¶ An autem agens criminaliter,poßit conueniri ciuiliter, uel econtra, an conuentus in iudicio summario poßit reconuenire in plenario, uel econtra, uide per Panormi. in. c. primo, de mutuis pet.& an clericus poßit recōueniri coram iudice laico,uide per Panor.in.c.at si clerici de iudi. An autem actor debeat habere inducias deliberatorias, super libello recōuentionali.no.de mu.peti.c.1. & dicitur, quòd sic, si uoluerit unde maliciosi aduocati reorum,adueniente termino, quòd debēt respondere

An conuentus in iudicio summario poßit reconuenire in plenario,uel econtra.

 libel

libello actoris, si deficiunt ei exceptiones, tunc ad prorogandum li. contes. porrigunt libellum reconuentionalem: ut sic non respondeant libello actoris, donec actor eorum libello se paratum offerat respondere, & sic si actor uelit statim respondere renunciando deliberatorijs, prædicta malicia non iuuabit.

¶Sequitur de litis contestatione.

E*xpedita isto modo prima parte processus seu ordinis iudiciarij, ueniamus ad secundam nunc incohoatione uidelicet ipsius iudicij seu litis, quia habet fieri per li. contes. c. unico.* Si igitur *reo deficiunt exceptiones dilatoriæ, uel peremptoriæ priuilegiatæ, & ipse nec potest, nec uult actorem reconuenire, debet in termino statuto libello respondere.* Et *ad hoc, ut li. contestatio debitè fiat, actor uel eius procurator habet proponere contenta in libello, & iudex eis propositis, uel etiam ipse actor interrogare reum utrum, proposita in libello, credat esse uera & petita fieri debere, & sic reo respondente fit li. contes. & hoc est, quod dicit tex. in. c. unicò, de li. contes. quòd per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam fit li. contes.* Vnde *non sufficit libellum esse oblatum, & responsionem per reum factam, ad hoc, ut inducta sit li. contesta. quia libellus non loquitur, per l. unicam.* C. *de li. contes.* Requiritur *ergo quòd actor contenta in libello suo proponat, si tamen inue-*

niuntur

hitur in actis oblatus libellus ad scriptam sufficiens eius responsio, propositionem & interrogationem præsumitur interuenisse, ut no. in alle. c. unico, de li. contest. Et quòd interueniat propositio & interrogatio raro inuenitur seruari in practica, de quo in Spe. de li. contes. §. 1. uer. si igitur. ¶ Additio.

¶ An autem litis contestatio possit omitti de consensu partium, tenet Bar. quòd non, in autent. offeratur. C. de litis contest. Do. Car. in Cle. sæpe de uerborum significatione, & no. in. c. de caussis, de offi. dele. Et est li. contesta. fundamentum iudicij per petitionē in iure propositam, & congruam responsionem ad iudicis interrogationem secutam, animo litem contestandi factam, quo omisso, si in figura iudicij procedatur, uexantur inanis laboribus & sumptibus litigantes, & illam diffinitionem, quæ est Hosti. ipse per singula membra declarat & ponit post eum. Io. An. in. c. unico, de li. contesta. & fit communiter per reum, ista sub forma.

An litis cōtestatio possit omitti de consensu partium.

¶ Forma verborum, in quibus fit litis contestatio.

PRocurator & procuratorio nomine A. respondendo prætēso libello talis actoris narrata, prout narrantur, negat esse uera, & dicit petita in ipso fieri non debere animo litem contestandi, & tunc scribat tabellio litis contestationem esse factam hoc mo-

do. Anno tali, die &c. Coram tali iudice prædicto, eo sedente pro tribunali, comparuit talis actor uel eius procurator, ac petitionem suam in ipsius libello contentam, uerbo proposuit, & dominus prædictus, uel actor, seu ipsius procurator, talem reum uel ipsius procuratorem super propositis & petitis, an ea crederet fore, uera petita fieri debere interrogauit, qui interrogationis huiusmodi respondens narrata & proposita in eo negauit esse uera, & dicit petita fieri non debere animo litem contestandi. Vel si responsionem suam fecit, & in scriptis obtulit, in hæc uerba: Talis procurator. Litisq; contestatione sic facta, iudex ipsis partibus, uel procuratoribus partium ad præstandum, uel ad præstari uidendum, huiusmodi calumniæ iuramentum, diem talem pro termino assignauit. Sed tabellio ordinarij sic solet scribere, talis reus uel talis procurator, in præsentia talis actoris, uel procuratoris, respondēdo libello actoris, negauit narrata in ipso, prout narrantur esse uera, & dicit litem protestando petita fieri non debere, & iurabitur de calumnia die tali. Et per istam rei responsionē ad narrata & petita in libello, exprimitur animus, scilicet animo litem contestandi, &c. ut patet in forma. Si tamen fit responsio ad solam narrationem, uel ad solam caussam, ex qua petitur, dicunt Pe. & Hosti. & Io. An. quòd facta est litis contestatio, quia per negationē caussæ sequitur negatio effectus, & negatis narratis

ratis, negatur conclusio, quæ sequitur ex narratis. Quòd autem non sit necessaria declaratio, uel expressio animi, uidelicet quòd dicat reus animo litem contestādi est decisum in rota. q. 18. quæ incipit, Item si pars rea, & determinat Guil. in Spec. de li. contest. §. 1. uers. quid si ponuntur, quia præsumitur animus, ex quo sunt uerba apta ad litis contestationem, non tamen semper & ualet litem contestari, si diceret ea ad iudicis instructionem, deberet de hoc protestari, de quo de foro cōpe. c. si. clerici, & no. in alle. c. unico, de li. contesta. & per prædictam responsionē formaliter, & cōmuniter fit talis contestatio. An autem per responsionem iuris, ut si reus dicat uolo uel nolo litigare uel contendere, uel non credo me debere, sed si dēbeo, paratus sum soluere. Vel dicit ad actorem, tu mentiris per gulam, uel respondit de credulitate, &c. lis fit per hoc contestata, no. in alle. c. unico, de li. cōtesta. & in Spe. §. 1. ¶Additio. ¶Et caue, quia per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam ex interuallo, non inducitur litis cōtestatio, ut tenet Bar. in. l. prima. C. de litis contesta. Et si reus confitetur, si libellus præcessit, per talem responsionē est facta litis contestatio, de quo de electi. dudum. Et dixi aliâs circa materiam libellorum, quod tamen quidam legistæ impugnant, de quo plenè per Io. An. in additi. Specula. de litis contesta. §. 1. super uersi. si reus non negat.

¶Sequitur de iuramento calumnię.

ET quia, ut dictum est, facta litis contest. iudex aßignet partibus terminum ad iurandum de calumnia, quia illud ex ordine statim succedit, cùm in ipso litis exordio sit præstandum: de iura. calum. c. primo, & exponitur ibi, id est, post primum litis exordium, scilicet immediatè post litis contesta. eodem ti. cùm caussam. Si tamen non fuerit iuratum in exordio, poterit postea in quacunq; parte litis præstari, ut eo. titu. c. 1. li. 6. Etiam si in tota caussa omissum fuerit tacitè, per hoc non uitiatur processus, ut ibi in responso secundo. Et quòd dicitur iuramentum calumniæ, debet subintelligi scilicet uitandæ, sicut dicitur, habeat unusquisq; suam propter fornicationem scilicet uitandam, non committendam. 16. di. uerum.

¶Quid sit calumnia.

EST autem calumnia, quando quis scienter iniustè agit uel resistit, ut in. l. 1. ff. ad Turpilianum. §. calumniæ. 3. q. 3. §. notandum. Et habet hoc iuramentum quinq; capitula, quæ ponit Ber. de iura. cal. c. 1. in quarta glosa, de hoc ponit ibi uersus. Iudex ergo faciat iurare actorem primò, uel eius procuratorem, habentem tamen ad hoc speciale mandatum, sub hac forma.

¶Forma iuramenti calumnię ad actorem.

TV iurabis, quòd calumniosè non petis, sed quòd te credis & æstimas iustè petere: uel secundum alios dicit, tu iurabis te litem istam calumniandi animo non mouisse, nec mouere, nec moturum esse. Item *quòd ueritatem super his, de quibus interrogaberis, respondebis, & eam non negabis.* Item *quòd non uteris scienter falsa probatione.* Item *quòd non corrupisti nec corrumpes iudicem uel tabellionem.* Item *nec dedisti, nec dabis, nec promisisti, nec promittes aliquid per te, uel per interpositam personam, pro hac caussa, ut sententia feratur pro te, illis personis, quibus iura dare permittũt.* Item *quòd dilationes non petes gratia litis differendæ: & concludendo dicat iudex, & ita iuras, sicut ego dixi, uerum, & ita seruabis, sic te* Deus *adiuuet, & hæc sancta* Dei *euangelia.* Consulit *tamen Guil. in Spec. eo. ti. §. nunc dicamus in prin. quod ultimum puta de dilatione ad euitationem periurij multorum omittatur.*

¶Forma iuramenti calumniæ.

DEinde iudex conuertendo se ad reum uel eius procuratorem, dicat illi, & tu iurabis quòd putas te petitioni actoris iustè contradicere, & ita uerum esse, & te obseruaturum in defendendo, sicut ille iurauit in agendo, sic te Deus *adiuuet &c.* In *omnibus autem iudicijs, ubi uterq; gerit personam utriusq;, scilicet actoris & rei, ut de proba. ex literis:*

uterq; præstet iuramentum actoris & rei, partes uerò uel procuratores earum, se breuiter expediendo dicant, Ego iuro iuramentum de calumnia cum omnibus capitulis & suis clausulis, sic me Deus adiuuet, &c. omissa expreßione capitulorum. Et iurant procuratores in animas dominorum suorum, & non in proprias, sed quia procurator calūniari potest, sicut dominus, unde procurator etiam iurare debet in animam propriam, de iura. calum. c. 2. responso. 2. li. 6. unde dominus non incurrit periurium ex facto procuratoris, nisi ipse dominus sit in culpa, de quo in. c. ulti. de iureiu. in. 6. & in Cle. 2. de procu. in ulti. glo. Et iuramentum istud de calumnia, est inuentum ut eliciatur ueritas. Item ut timore iuramenti litigantium temeritas compescatur. Item ut iuramenti timore iurans sit memor suæ salutis, quo ad alia capitula non afficiatur, & ita nota de iura. cal. cæterum in glosa secunda & super ea.

¶ Quatuor genera iuramentorum, quæ præstantur in iudicio.

EST aduertendum, quòd habemus quatuor genera iuramentorum, quæ præstantur à partibus in iudicio, uidelicet iuramentum de malicia, quod potest deferre iudex, quando sibi uidebitur expedire, ut etiam tactum est circa exceptiones. Item iuramentum de calumnia, & illud statim præstari debet post li. cōtest. ut dictum est sup. & præstatur hodie tam

in

in spiritualibus quàm in ciuilibus, ut de iuramēto cal. c.1.li.6. responso.2. ac etiam in criminalibus, de quo tamen sunt opiniones, ut no. eo. ti. c. 1. Item iuramentum de ueritate dicenda, quod in spiritualibus præstatur. Item decisorium iuramentum, quod defert iudex actori in supplementum probationum, uel reo ad suā innocentiam ostendendam, uel etiam pars parti. Iuxta formam c. ult. de iureiu. ¶ Additio. ¶ Et aducrte, quia si iudex non deferat huiusmodi iuramentum, ubi subest iusta caussa deferendi, potest appellari, ut tenet Bart. in. l. admonendi. ff. de iureiu. Formam autem iuramenti, quod præstatur à iudice, ponit Guil. in Speculato. eo. tit. §. restat. uersi. sed pone. Et si aliqua partium recusaret præstare iuramentum illud, patietur pœnam, de qua in capitulo ultimo, de iuramento calumniæ. Et tabellio prædicta scribat in actis, sub hac forma, die tali, anno quo supra, comparuerunt in iudicio coram domino iudice supradicto, ipso in loco suo solito pro tribunali sedente, talis actor uel talis ipsius procurator. Ex una parte & reus uel eius procurator ex altera parte, & ibidem partes huiusmodi, uel earum procuratores, primò actor uel suus procurator, deinde reus uel suus procurator cum capitulis & clausulis suis calumniæ iuramentum præstiterunt, quo præstito, prædictus dominus iudex actori præfito uel suo procuratori diem talem ad ponendum

De ueritate.

Decisorium.

& articulandum, ac parti rei ad fieri uidendum in caussa huiusmodi pro termino aßignauit. Notarij ordinariorum breuius scribunt more solito, scilicet die tali, anno tali iuratum fuit per partes, uel earum procuratores: de calumnia articulabitur die tali.

¶Terminus ad ponendum & articulandum.

TErmino ergo prædicto adueniente, actor habebit offerre positiones & articulos, & istos usus longæuus in caußis admisit, ut Cle. sæpe, de uerbo. sig. Sunt ergo ab usu inductæ positiones, & postea per ius canonicum approbatæ scilicet à tempore Greg. 9. quia ante eum de positionibus non habemus expressum ius, sed per eum in. c. dudum. 2. de ele. & in. c. unico, de li. contesta. Et qualiter uocantur aliquando titu. aliquando intētiones, quandoq; capitula, & c. no. de caußa poße. si cum ecclesia de test. præsentium, li. 6. & in Cle. sæpe de uerbo sig. Et fiunt positiones ad faciliorem litium expeditionem, propter partium confeßiones & articuli ad clariorem probationem, ut dicit tex. in Cle. sæpe al. Et positionis plures sunt expositiones, quarum aliquas ponit Guil. in Spe. de positi. §. 1. & aliquas no. de confeßis. c. 1. li.
Positio. 6. in glo. 1. & super ea. Et quomodo dicitur positio, eò quòd super positionibus lis ponitur, uelut super fundamento, quia eis confeßatis uel negatis lis alterius

rius procedit uel non, ibi etiam no. per Io. An. in nouella. Articulus autem dicitur, quòd artat, id est, artè ponitur & artat ad respondendum, ut in ca. præsentium, sup. alle. super glo. articulus, & est nomen diminutiuum, designans aliquid particulare à genere suo per debitas circunstantias decisum, de hoc de off. de leg. super quæstionum. ¶Additio. ¶Et aduerte, quia huiusmodi positiones possunt fieri non tantū in caußa principali, sed etiam in caußa appellationis, ut tenet Bal. in. l. fi. §. i refutatorijs. C. de appel. Et no. Io. An. in addi. Spe. de tes. §. nunc uidendum in prin. quòd ars articulandi inter causidicos summum tenet gradum in curia Romana, & maximè in beneficialibus deuolutis. Vnde consuluit ipse ibi, quòd caueant curiam intrantes, quantumcunq; sint magni magistri, ne suo capite in principio hanc artem assumant, sed antiquis aduocatis aßistant, uel etiam habeant procuratores expertos, & ibi Io. An. circa eum. §. insistat, & pulchrè etiam illam materiam tractat. Et positiones & articuli isti iusto litis seu iudicij ordine seu loco fiunt, scilicet post li. contes. & iuramentum calumniæ. Super principali tamen quandoq; sunt faciendæ probationes, si fieri possunt, de quo in Spe. de posi. §. 4. in prin. Quia si reus habet probari exceptiões, uel actor replicationes suas habet, redigere exceptiones seu replicationes in positiones & articulos. Articulus.

¶Modus formandi positiones.

AD formas igitur positionum hac uia peruenitur, nam formans eas habeat libellum præ oculis, & de eius tenore sumat & formet eas, & diligenter consideret, quid habeat necesse probare, & super omnibus, quæ probare uelit, faciat positiones, nec ualet positio aut etiam confeßio, nisi fiat super re, de qua agitur, de quo in Spe. de positi. §. 5. uersi. generaliter autem, de quo etiam de confes. ca. primo & secundo li. 6.

¶Forma positionum super primo libello, scilicet in actione reali.

IN actione ergo reali, sicut uisum est, sup. in forma prima libelli, ordine positiones suas actor. Positiones & articulos infra scriptos, ac contenta & scripta in eis omnia & singula, dat, facit & exhibet coram uobis, honorabili domino iudice. N. procurator procuratorio nomine actoris, medio suo iuramento in tali caussa, &c. quibus omnibus petit sigillatim per talem reum responderi per iuramentum sufficienter, & clarè per uerbum credit uel non credit, offerens se ad probandum negata, ad superfluam tamē probationem se non abstringens. In primis ponit & probare intendit, quòd anno tali tēpore contractus, de quo infra, talis A. in campo talis loci talem fundum, cuius cōfines specificentur, habuit ad eum pertinentem. Item quòd idem A. prædictus de mense tali fundum prædictum. B. actori prædicto ementi uendidit pro precio

tot

tot florenorũ. Itẽ, q̧ ipse. B. actor preciũ praeexpressa-
tũ praedicto suo uẽditori numerauit realiter & psol
uit, uel ponatur, si non est facta solutio, q̧ uenditor de
precio fidẽ habuit, &c. ut in forma libelli. Itẽ q̧ A. uen
ditor memoratus fundum praedictum & eius possessi-
onẽ realiter tradit. R. emptori antedicto. Itẽ q̧ A. reus
praedictus eundẽ fundũ in tali tẽpore detinuit, occupa
uit, detinet & occupat, fructusq́; ex eo prouenientes,
pcepit, & eũ. B. actori restituere liberũ, & uacuũ di-
mittere seu assignare, cũ fructibus pceptis refragatur
in periculũ animae suae. Itẽ quòd de praemissis omnibus
& singulis fuit & est publica uox & fama. Dat etiam
libellũ pro parte sua oblatum cõpositionibus & arti-
culis, ac producta & producẽda in huiusmodi caussa,
in quantũ faciunt pro parte sua, & non ultra, nec nõ
de notarij signis & sigillis saluo iure addendi, minu-
endi, supplendi & declarandi, ut moris est. Et posi-
tiones sunt formandae, ut intentionem ponentis fun-
dent, considerata natura propositae actionis. Si igi-
tur actor agit de dominio rei petitae habet con- Quae sunt cõ
siderare, quae sunt necessaria in probatione do- siderãda si
minij, & quae sunt ista, tactum est sup. circa primũ agitur de do-
libellum, ut no. Guil. in Spe. de loca. §. nũc aliqua. uer. minio.
ubi. Si agit Publiciana cõsideret, quae sunt necessaria i
ea: & sic de alijs, de quo in Spe. de posi. §. 5. ad si. Et
debent fieri positiones de contentis in libello, uel
ad ea pertinentibus, & iudex debet cõsiderare eas an
faciant

faciant ad caussam uel non, ut postea patebit, & no. in ca. 1. de confes. li. 6. Et debent dari positiones per iuramentum, & qui dat contrarias, incurrit periurium, de quo de iureiu. c. ul. li. 6. ¶Additio. ¶Quid si respondens positioni hodie dicit unum, cras dicit oppositum, an censeatur periurus. Arch. tenet in. c. fi. de iureiu. li. 6. quòd non: quod est uerum in iuramento calumniæ, & responsione de credulitate: secus in iuramento de ueritate, secundum Gemini. in. d. c. & rationem, uide ibi per eum. Tabellio sic scribat: anno tali, die tali talis actor, uel talis eius procurator comparuit coram domino iudice antedicto, ac positiones & articulos obtulit infra scriptos, quibus per partẽ aduersam responderi, & eam ad hoc cogi postulauit. Ex aduerso prædicto domino iudice adhuc pro tribunali sedente, talis reus, uel talis procurator suus comparuit coram eo, & positionum & articulorum prædictorum copiam sibi decerni, ac terminum ad dicendum contra, uel respondendum eisdem, competentem petijt aßignari. Prædictus ergo dominus iudex copiã huiusmodi prædicto reo uel eius procuratori fieri decreuit, & eidem talem addicendum contra positiones & articulos huiusmodi, uel eis respondendum pro termino aßignauit. Si coram ordinario, scribat sic tabellio. Exhibitis his positionibus & articulis per talẽ actorem eiusúe procuratorem, in præsentia talis rei, uel procuratoris talis, anno tali, die tali respondebitur,

tur, uel ipsæ impugnabuntur per reum uel eius procuratorem die tali. Et *in huiusmodi aßignatione terminorum aliquando non exprimitur perempto. quia isti termini peremptorij intelliguntur, licet nõ exprimantur: ut in ca. pastoralis de excep. nisi fieret citatio uel aßignatio ad sententiam audiendam, ut suo loco patebit.*

¶Forma positionum & articulorum.

P*ositiones & articulos, &c. ut sup.* In *primis igitur ponit & probare intendit, quòd* A. *actor prædictus præfato* B. *reo mutuauit uel mutui caußa numerauit* 10. *libras denariorum talis monetæ.* Item *quòd idem.* B. *debitor huiusmodi mutuatam sibi pecuniam prædicto* A. *suo creditori soluere promisit in tali termino & loco bona fide.* Item *quòd huiusmodi debitum ipse* B. *debitor, antedicto suo creditori.* A. *in præfato termino elapso, dudum soluere neglexerit, & hodie ministrare, & de eo sibi satisfacere contradicit indebitè.* Item *quòd de præmißis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.* Insuper *dat libellum, ut in præcedenti forma.*

¶Forma positionum in actione depositi.

I*N actione depositi sic cõcipientur positiones.* In *primis ponit & probare intendit, quòd* A. *actor præfatus penes.* B. *prædictum reum deposuit decretales.* Item *quòd huiusmodi depositus liber decreta-*

lium

lium scriptus fuit in certis edinis seu in pergameno. Item quòd glosas habuit ordinarias ac apparatũ. Ber. Praepositi Papiensis, compilatoris glosarum Decretalium. Item quòd habuit desuper corium rubeum, album uel nigrum. Item quòd secundus quinternus sic incipiebatur. Item quòd tertij quinterni principium erat tale. Item quòd memoratus B. praedictum librum Decretalium ex caussa depositi ad se recepit. Item quòd ipsum librum praedicto depositori idem depositarius reddere contradicit. Item quòd de praemissis omnibus & singulis, &c. Et dat libellum, &c.

¶Formae positionum in actione possessorij recuperandi.

IN possessorio recuperãdo seu interdicto, fiant sic positiones & articuli. In primis ponit & probare intendit, quòd anno tali, die tali, &c. actor praedictus talem fundum uel domum, cuius confines infra describuntur, possidet. Item quòd. B. praedictus praedicto anno & die eundem. A. sic in possessiõe reali existente de domo seu fundo huiusmodi & eius possessione uiolenter expulit & eiecit. Item quòd domum seu fundum huiusmodi, ac eius possessionem à parte eiectionis seu spoliationis praedictae detinuit & occupauit, & possessionem eandem cũ fructibus inde perceptis, & qui percipi potuerunt praedicto. A. spoliato restituere contradicit. Item quòd damna, propter hoc praedictus sustinuit spoliatus ex tali caussa, &c. Item

quòd

quòd fructus pcepti, & qui percipi à tali tẽpore uerisimiliter potuissent, & pcipi annuatim cõsueuerunt, ualẽt tot maldra talis mẽsuræ. Dãna uerò & intereße ad tot libras denariorum, ipse spoliatus æstimat, salua tamen uestra iudiciali taxatione. Item quòd de præmißis omnibus & singulis, &c. & dat libellum, &c. Et sic fiunt positiones & articuli membratim & distinctè, quia articulus est pars intentionis, ut no. de testi. præsentium.

¶Forma positionũ contra illũ, qui mandauit fieri spoliationem, vel eam ratam habuit.

SI agitur contra eum, qui nõ spoliauit, sed spoliari mandauit, uel spoliationem ratam habuit, uel rem spoliatam recepit scienter à deiectore, sic concipiantur positiones. In primis ponit & probare intendit procurator prædictus, quòd tali tempore. A. rem talẽ poßedit. Item quòd talis. B. eodem tempore, & tali die ueniens, eundem. A. poßeßorem, de poßeßione eiusdem rei expulit uiolenter & eiecit. Item quòd spoliationem & eiectionem eandẽ per eundẽ C. fecit & fieri mandauit. Vel si non mandauit, ratam habuit, ponatur sic. Item quòd spoliationem & eiectionem huiusmodi, idem. B. fecit nomine & contemplatiõe. C. rei prædicti. Itẽ quòd ipse C. eandẽ spoliationẽ sic suo nomine & contẽplatione factã, gratam & ratam habuit. Item quòd rem huiusmodi ipse C. ad se recepit, & eam à tempore eiectionis & spo-

spoliationis prædictæ hucusq; detinuit & occupauit, & detinet & occupat. Vel sic cõuenitur reus, qui scienter rem recepit ab abiectore, præmißis duobus primis articulis, puta de possesßione & de spoliatione Sempronij ponatur. Idem quòd prædictus. B. præfatã rem spoliatam à prædicto Sempronio deiectore & spoliatore recepit. Item quòd ipse B. sciuit prædictũ C. re huiusmodi per Sempronium fuiße & eße spoliatum. Pro formis positionum in diuersis materijs habeatur recursus ad Spe.ti.de testi.§.nunc uidendum. Et in tractatu libellorum, ubi quasi per singulos titulos in materijs formantur positiones super libellos. Et etiam aliquæ positiones formantur de confes. c. 1. lib. 6. in glos. magna, ubi de materia positionum, & ca. se. De modo respondendi ad articulos Ru. Factis autem & oblatis positionibus, reus si sunt pertinentes, clarè & certè habet ad eas respondere, de testi. præsentium, li. 6. Imo si interrogatus super positionibus, & iußus respondere, hoc facere recusat, habentur positiones pro cõfeßatis, nisi rationabilis caußa recusantem excuset, ut in. c. 2. de cõfes. li. 6. & quæ sit caußa rationabilis no. ibi in glo. puta si positio est superflua, quæ non facit ad caußam uel obscura, incerta, captiosa de facto alieno, impertinens uel iuris &c. ut ibi notatur, ponens enim debet ponere certum, & respõdens debet certum respondere, ut no. in iuribus allegatis, & ca. 2. de confes. li. 6. in prædicta glo.

¶ Addi-

¶Additio. ¶Aduerte tamen quòd recusans respondere positionibus non semper habetur pro confesso, sed requiruntur plura copulatiuè, quæ tanguntur ca. fi. de confessi. li. 6. Et quod dicitur, ponit & probare intendit, hoc hodie est in usu, aliâs positiones dabantur, primò sic dicendo. Ponit talis &c. & si negabuntur illæ positiones, postea dabuntur articuli, sic dicendo. Talis intendit probare, &c. hodie ergo simul fiũt: ita quòd positiones negatæ succedunt loco articulorum, & intentionem probandi, de quo etiam in Specu. de testi. §. tunc uidendum in principio cum remißionibus.

¶Exceptiones contra positiones & articulos.

IN termino igitur prædicto, puta ad dicendum cõtra positiones & articulos, uel eis respondendum statuto, solent quandoq; dari exceptiones contra positiones & articulos, sub hac forma. Contra positiones & articulos prætẽsos oblatos, per talem actorem uel talem ipsius procuratorem, in caussa tali, &c. Procurator procuratorio nomine talis rei proponit & dicit, excipiendo, quòd huiusmodi prætensæ positiones & articuli sunt generales, nimis obscuri, incerti, indeterminati, dubij, multipliciter indefiniti iuris, captiosi, & de facto alieno impertinentes, & sic tales, quòd minimè releuant ponentem probati uel confessati, & ẽis, in quantum dantur, non est pro parte rei respondendum

dendum: inquantum uerò offeruntur ut articuli, nullatenus sunt admittendi, ut ex eorum patet inspectiõe euidenter, & latius si fuerit opus, deducetur. Quare prædictus procurator rei, petit per uos pronunciari, decerni & declarari positiones & articulos præassignatos non esse admittendos, sed repellendos & reijciendos fore, ac reijci & repelli, & partem ream ab instantia iudicij absolui, & actorem sibi in expensis legittimis condemnari, saluo iure addendi minuendi, &c. Quando tamen positiones & articuli sunt obscuri, impertinentes, & inadmißibiles, sic quòd probati non releuarent ponentem, dicit Io. An. in. c. dudum. 2. de electione, quòd incautè facit aduocatus partis alterius, si petit declarari articulos, uel à principio dicit eõs non esse admittendos, uel etiam si formet interrogatoria talia, quæ per testes habeat declarare. Iudex autem potest examinare positiones & articulos, & impertinentes repellere, & quando de impertinentia non constat in dubio, tunc potius habet admittere, ut no. de testi. per tuas, & de confess. c. 2. li. 6. de appella. cum speciali. §. porro. uer. excessu quoq; unde consueuerunt fieri responsiones ad positiones, saluo iure impertinentium, & non admittẽdorum, de quo in Spe. de post. §. 7. uer. si uerò certum est. ¶Additio.

Quando articuli sint reijciendi.

¶Nota tamen, quòd licet iudex admiserit positiones, saluo iure impertinentium, & non admittendorum, tamen si constat de impertinentia, potest instari pe-

nes

nes iudicem,ut reijciātur,ut no.Do.Car.in Cle. constitutionem.§.fi.de electione. Possunt ergo fieri responsiones ad positiones formatas super libello in actione reali,sub hac forma. Responsiones ad positiones in actione reali. Ru. Procurator procuratorio nomine seu rei (saluo iure impertinentium & nō admittendorum positionum & articulorum prætensorum actoris sic) quòd responsiones, quas forsitan ad impertinentes,& inadmissibiles positiones huiusmodi fieri contingit,pro non factis habeantur, dat, facit, exhibet medio suo iuramento infrascriptas responsiones.Ad primā positionē prætensam, quæ sic incipit, In primis ponit procurator prædicti B.&c.respōdeo ad eā,nō credit.Ad secundā nō credit.Tertia depēdet ex secūda,& ea negata negatur & quarta. Ad qntam credit se fundo & eius restitutioni seu aßignationi iustè contradicere,& finaliter credit de cōfessatis,& negat de negatis. Et licet positiōes prædictæ sint pro maiori parte de facto alieno,qa tamē faciūt ad caußā, ideo est ad eas respondendū,qa siue sunt de facto proprio,siue de facto aduersarij,debet eis respondere, ut di.Io.An.in addi.Spe.de posi.§.7.itē sup.dicitur i responsionibus ad tertiā & quartā positiōes, q̃ depēdent à negatis,qa quādo positio depēdet à negata,nō debet aliter ad eā respōsio fieri.Vnde ex quo negatur cōtractus emptiōis seu uēditionis, negātur alia inclusa uel necessariò concurrentia ad talem contractū: ut precij

numeratio, traditio rei ex tali caussa facta, &c. Et quandoq; positio dependet à negata, aliquando à confeßata no. de confes. c. 2. li. 6. super glo. puta. Et quòd *fit responsio per uerbum credit, uel non credit, hoc procedit ex ui iuramenti de calumnia, sed si iuramentum est de ueritate, artat per uerbum scio, uel non scio, tamen iurans de ueritate est interrogandus, & etiam respondere tenetur de credulitate: ut no. per* Hosti. *in. c. literas de iura. cal.* Et *confeßio de credulitate æquè præiudicat, sicut confeßio de ueritate, ut no. de iure, ex literis in glo. fi. & de iura. calum. caussam.* De *stylo tamen curiæ iurat quis dicere ueritatem, quam scit uel credit, si respondeat per uerbum dubito, an sufficiat no. alic. c. cùm caussam in glo. 2. & super eâ.* Quid *etiam iuris sit, si cùm actor petit cẽtum, respõdeat reus se sub conditione promisisse, an uideatur purè confessus no. per* Archi. & Io. An. *de confes. c. 1. li. 6. Ista responsio est in parte contra respondentem, scilicet inquantum confitetur se promisiße in parte, pro eo, in quantum dicit sub conditione promisi, & statur confeßioni contra confitentem, & ergo uidetur fundata intentio actoris per talem confeßionem, nisi reus probet conditionem; sed in contrarium facit, quia responsio est unica, & unum constructum ergo actor aut totum approbat aut refutat, & qui uult approbare pro se, debet etiam contra se approbare.* Finaliter *credit* Io. An. *quòd reus iustè pe*

Respõsio per uerbũ credit uel nõ credit.

terct

teret declarari per actorem, an ponatur ipsum promisisse purè, an sub conditione, & sic cessaret ipsa perplexitas. Archid. tamen dicit, quòd reus potest negare se purè promisisse. Forma actuum in actis scribendorum Ru. Istum tamen actum responsionum factarum scribat tabellio hoc modo die tali, anno tali, &c. talis reus uel talis procurator eius coram præfato domino iudice, in solito loco suo ad reddendum iura pro tribunali sedente, comparens responsiones, ad positiones & articulos talis actoris ibidem comparentis infra scripti tenoris ibidem obtulit, & huiusmodi responsiones fecit medio suo iuramento, qnibus responsionibus sic factis & receptis, actor prædictus uel procurator suus sibi dilationem cõpetentem ad producendum testes pro sua intentione fundata assignari postulauit. Cui prædictus dominus iudex talem diem uel unum mensem pro termino & dilatione ad testes producendos assignauit. Vel sic scribat notarius ordinarij, factis & exhibitis responsionibus prædictis, per talem reum uel talem ipsius procuratorem, anno tali, die tali, in præsentia talis actoris, uel talis ipsius procuratoris producentur testes per actorem pro prima dilatione, die tali, &c. De istis autem dilationibus pro testibus producendis debentur, aliàs aut dantur tres dilationes, uel una tantũ, & ita spaciosa, quòd infra illam possunt fieri productiones no. de dila. c. 2. glo. 2. & super ea, & postea uidebimus. Pars autem contra

quam fit productio testiũ, dat interrogatoria, & dantur sup articulis uolentis producere testes, & formãtur secundũ circũstantias caussæ, & personarũ, & testium, de proba. licet de testi. cùm caussam, &. c. per tuas, ubi de hoc, & de testi. præsentiũ, li. 6. Et ibi ponitur forma eorũ. Datis ergo articulis per alterã partium, pars, cõtra quã dãtur, petit terminum ad dandũ interrogatoria, & iste terminus: ut probãt iura alle. & etiã generalis cõsuetudo: dandus est. Fiant ergo isto modo sup articulis in reali. Forma interrogatoriorum sup articulis in acti. reali. Ru. Interrogatoria infra scripta, dat, facit & exhibet procurator procuratorio nomine, talis, secundum quæ omnia & singula petit singulos testes partis aduersæ interrogari, & interrogationẽ huiusmodi cũ responsionibus testiũ ad eas in actis redigi & cõscribi, alioquin de inualitudine depositionum, & q, sibi non præiudicent, ac aliàs protestatur, ut est moris. Diligenter ergo & nõ perfunctoriè testes ipsi examinentur, & ab eis prudẽter super quolibet articulo, quæratur de singulis circunstãtijs. Quæratnr enim à quolibet teste de ipsius ætate, fide, fama, statu & conditione, an sit nobilis uel plebeius, item quantum habeat in bonis, itẽ an prece uel precio, gratia uel odio, uel fauore testificetur, item utrum ei datum sit aliqd uel promissum, item si habeat spem, q, sibi detur, ut pro illo testificetur, item an sit excõmunicatus maiori, item utrum amicus, familiaris uel

Interrogatoria.

Testis de quibus interrogari debeat.

uel eius socius, cõsanguineus, affinis uel subditus pro-ducentis, uel eius, cõtra quem producitur inimicus, itẽ an sit instructus, qd ponere debeat, item an sup hoc cõ cordauit cũ testibus suis, item utrũ sit subornatus, itẽ quã partem uellet i caussa huiusmodi obtinere, & cui plus faueat specialiter. Si dixerit testis uerũ esse, quod i primo articulo cõtinetur, tũc interrogetur de caus-sa sciẽtiæ, scilicet unde sciat testis fundũ ad A. perti-nuisse, & quõ & quãdo A. dominiũ eius acqsierit: itẽ de fructibus, alijs cõfinibus eiusdem fundi. Itẽ circa se-cundùm articulũ quæratur, si testis dixit eum esse ue-rum. De caussa scientiæ, an testis præsens fuerit in cõ-tractu, & q cũ eo erãt uel fuerunt præsentes, & quot numero: & ad qd fuerunt ibi, itẽ de loco cõtractus, in qua domo, & an domus sit terrea, lapidea uel lignea, & in qua parte domus, itẽ de tẽpore scilicet, de anno, die, mẽse & hora, itẽ de forma ipsius cõtractus, an pu rus fuerit seu cõditionalis, seu modalis, & p quæ uer-ba celebratus, & si cõditionalis seu modalis: quæratur an cõditio postea extiterit & purificata fuerit, uel mo dus seruatus, itẽ an testis nouerit psonas cõtrahentiũ: item an precium interuenerit & solutum fuerit, in qua moneta, per quam, cui, quo loco, die, hora, quibus præsentibus, & semp de caussa sciẽtiæ, de auditu, fama, certitudine, credulitate, & similibus circumstantijs alijs, quæ ad ueritatem faciunt eliciendam & dete-gendã falsitatem, de testi. cũ caussam, & plenißimè in

Spe. de tes.§.iam de interrogatorijs. Et cau'um est, quòd huiusmodi interrogationes distinctæ formētur, ponendo ante quālibet,itē uel consimile:ut tradit doctrina Guil.in Spe.de testi.§.nunc de interrogatorijs, & fiunt interrogatoria circa personas testium, & circa dicta testium. Sed dicit Guil. in Spe. de testi. §. iam de interrogatorijs.uer.in summa, quòd duo sunt genera interrogatoriorum seu quæstionum,unum genus fit ad destruendum dicta testium. Aliud ad fundandum eius exceptionem, contra quam testes producuntur,quia testis deponere debet pro utraq; parte. Dicit tamen Io.An.in addi.quòd interrogatio non debet continere nouum capitulum pro aduersario. Exemplum:Titius producit testes cōtra Seyum, ad probandum mutuum:Seyus dat interrogatoria, petendo testes interrogari super solutione mutui, scilicet an soluerit,hoc faciendum non est, quia Seyus de hoc habet facere capitulum, & Titius interrogatoria. Primum genus interrogatoriorum fit dupliciter,uidelicet uel rctione personæ testis, ut quia est excōmunicatus,instructus,subornatus uel suspectus, uel aliàs minus idoneus ad testificandum,uel ratione dicti,ut puta,quia deponit contraria,uel uacillat,uel non reddit aptam caussam dicti sui. De diuersis autem interrogatorijs & formis interrogationum ponit Guil. in Spe.de testi.§.nunc de interrogatorijs. De hoc etiam in.c.præsentium,de testi.li.6. Et de interrogatorijs,

&

& ibi ponitur forma in glo.& antè non habuimus textum de eis. De materia ista no. de testi. in. c. per tuas, & in. c. cùm caussam, & ibi no. quòd si aliqua necessaria interrogatio fuerit omissa post publicationem attestationum petitur à iudice, & iterum interrogat, ut quod omissum est, restauretur. Idem Guillelmus in Specu. de testi. §. nunc uidendum in fi. Et ista interrogatoria uel copia de istis non debent dari parti producenti testes propter subornationis timorem, quia eis habitis posset instruere testes, ut concorditer ad interrogata responderent, & sic per hoc tolleretur efficacia interrogatoriorum, quæ ad hoc sunt inuenta, ut falsitas facilius deprehendatur: sed dantur iudici, qui debet illas moderare superflua & inutilia resecando. Si autem pars nō facit nec dat interrogatoria, tunc iudex faciet illa, quæ habentur in ca. caussam de testi. Et consulit Hostien. quòd potius fiant superflua, quàm aliquid necessarium obmittatur duabus de caussis. Primò, quia si factum est interrogatoriū, & omittatur aliquid necessarium non negligenter, uel dolose, supplebitur seu repetetur, non obstante publicatione, ut supradictum est. Secundò, quia fortè iudex ex officio suo plura resecabit, quàm expedire uidetur, ita no. in ca. præsentium, de testi. li. 6. super glo. interrogatoria. Factis respōsionibus ad positiones, actor releuatur per talem confeßionem à probatione, & tunc non restat aliud, nisi confeßum condemnare, quia

Interrogatoria non debet dari parti.

nō sunt partes iudicis in cōfitentem, nisi ut pronūciet de transac. c. præterea. Aduertat tamē diligenter, an omnes positiones suas reus sit confeſſus. Si ergo aliquas positiones reus sit cōfeſſus, uideat an per confeſsatas eius intētio probata sit, & tunc sententiā postulet ipse actor, & prōptiores sunt negationes in iudicijs, per quas oportet ponentem onus probādi subire. Vnde si reus omnes uel aliquas positiones negauit, tunc habet actor suam intentionē probare. ff. de proba. l. eum, qui uide aliàs 5. q. ulti. actor. Actor ergo petat terminum sibi dari ad probandum, & iudex statuet sibi terminum cōpetentem, pro prima dilatione, quia debet habere tres dilationes, de testi. c. ultra tertiam no. de dila. c. 2. uel secundum alios statuat unum terminum pro omnibus tribus dilationibus, uidelicet 1. q. 3. dilationibus. Primum tamen seruatur, de quo in Spe. de proba. in prin. & no. alle. c. 2. de dila. plenius in ca. in caußis de test. in glo. fi. Tamē prima dilatiōe iudex non dabit secundam, nisi ex iusta caussa, unde ut dicit ibi Inno. secunda uel tertia dilatio dabitur, quando petens illam ostendit se impeditum in prima. Quantum autē spacium temporis continere debeant istæ dilationes, habetur in. §. spacium. 3. q. 3. De testiū productione. Ru. Actor ergo qui uult producere testes, faciet eos per iudicem uocari, quia testis se ingerens, ex hoc quodammodo se suspectum reddit, ut. C. de testi. c. autem rogati, faciat citari aduersarium,

Testis debet per iudicem uocari.

rium, ut uideat eos iurare, aliàs receptio testium contra absentem non uocatum facta, non ualeret, ut in ca. 2. de test. ¶Additio. ¶Sed quæritur, an dicta testium parte non citata receptorum, faciat, saltem aliquale iudicium. Bar. in. l. res hæreditarias. ff. de crimine explicatæ hæredi. tenet, quòd sic, sed ipsemet Bar. in. l. maritus. ff. de quæstio. tenet, quòd non & ista opi. est uerior, & probatur per tex. in. c. 2. de test. super uerbo nullius momenti, &c. Iudices autem raro per se recipiunt testes, uel eos examinant, sed alijs committunt, de quo quæritur Hostiensis, ut scribit Ioan. An. in capitulo præsentium, de test. libro sexto super glo. de interrogatorijs. De quo in Speculato. tit. de test. §. nunc tractandum. uersi. licet autem dixerim. Nam in probationibus pendet tota uis caussæ. Deberent ergo iudices potius committere alia, quàm testium examen. facit 16. distinctio quiescamus, sed ex quo est onerosum, ergo de facili alicui committunt. Si tamen utique committere uellent, debent non simplicibus, sed idoneis, discretis, & honestis delegare, de test. si qui testium de test. cogen. ca. 1. de consang. & affin. c. 1. Quia tamen quandoq; testes tales sunt, quòd non possunt neq; tenentur deuenire ad iudicem pro testimonio ferendo, sed iudex ad eos mittere uel ire debet propter priuilegium uel potentiam ipsorum testium, uidelicet si testes sunt

Quæ personæ de iure nō tenentur uenire ad iudicem pro testimonio ferēdo

ſunt egregiæ perſonæ, uel mulieres, ſeu ſenes uel remoti, uel qui producit, eſt pauper, &c. de quo in. c. prædicto. c. ſi qui teſtium, & ibi de hoc dantur uerſus: unde tunc eſt iuſta cauſſa committendi alijs exceptionem & examinationem, ut ibi & no. de teſt. cùm cauſſam. Prius tamen quàm ſcribat uel cõmittat iudex, recipiat cautionem ab eo, contra quem producuntur, quòd mittat uel uadat infra terminum competentem ad uidendum iurare partes, ut dicit Guil. in Spec. de teſt. §. qualiter. uer. ſunt autem teſtes, de hoc tamen eſt dicendum, ut no. in. c. conſtitutus de fideiuſſo. in glo. antepe. & ſuper ea de reſcrip. ſtatum. glo. penul. lib. 6. Et fit commiſſio ſub hac forma.

¶Commiſsio examinis teſtium alteri facta.

D*Ecanus iudex cauſſæ, & partium infra ſcriptarum, à ſe ap. ſpecialiter delegatus officiali tali, uel notario tali publico, uel alteri cui committitur, ſalutem in domino. Quia talis actor in cauſſa, quam mouet tali reo in iudicio, coram nobis ad intentionem ſuam fundandum, nõnullos intendit producere teſtes, quorum receptioni & examinationi perſonaliter intendere non ualemus. Idcirco de ueſtra legalitate & diſcretione plurium, cõfiſi uobis, committimus & mandamus, quatenus teſtes, quos idem actor uel procurator eius uobis duxerit nominandos, ad*

præſen-

præsentiam uestram cõuocetis, receptoq; secundum formam iuris & iudicij morem, ab eis iuramento super intentione, & articulis præsentibus inclusis, uel uobis pro parte actoris exhibendis, & interrogatorijs partis alterius, si uobis dabuntur, cogatis eosdem ueritati testimonium perhibere attestationibus, in publicam formam redactis, sigillo uestro caußas fideliter & secretè inclusas, per nuncium fidelem & idoneum nobis in talem diem remittatis. Vel sic: Talis iudex, &c. Salutem in Domino. Moueritis, quòd in caussa, quæ inter talem ex una, & talem parte ex altera uertitur in iudicio nobis partes, hincinde nõnullos uolentes producere testes pro fundanda sua intentione, quos coram nobis difficile foret producere, & partibus onerosum. Idcirco discretioni uestræ cõmittimus, ac firmiter & districtè præcipiẽdo, mandamus, quatenus testes, quos pars utraq; producere curauerit coram uobis, infra spacium unius mensis, uel talem diem legaliter recipere, ac eos super articulis, à partibus hincinde in caußa huiusmodi datis; & secundum interrogatoria pártium, quæ uobis unà cũ præsentibus transmittimus, secundum datam à Deo uobis prudentiam diligenter examinare curetis, seruata forma debita & consueta. Depositiones ipsorum testium cum articulis & interrogatorijs prædictis, ac toto processu, quem super hoc coram uobis haberi cõtigerit, sub sigillo uestro fideliter inclusas, nobis quàm otius poteritis

teritis remittere, studeatis. Aliquando opponitur etiam in forma commißionis, de recipiendis testibus reprobatorijs, sub ista forma. Quòd si fortè alterutra partium, testes alterius reprobare uoluerit, testes super reprobatione huiusmodi producendos, infra quindecim dies post dictum mensem immediatè sequentes, fideliter admittere & examinare, solicitè studeatis. ¶Additio. ¶Et aduerte, quia si forma ista non seruaretur, non poßit talis iudex recipere testes similiter reprobatione testium productorum, quia testium reprobatio non censetur commissa, & cui est commißa receptio, nisi sit expreßè cõmißa, ut tamen Specula.ti. de testi. §. qualiter. uersi. Illud quoq;. Aliquando etiam additur clausula, uidelicet significetis nobis, quanta fides poßit ipsis testibus haberi. Ista clausa ponitur de fideiußo. c. constitutus in fine, ubi de hoc, de quo etiam nota. I. c. quoniam contra falsam de proba. De ista commißione seu remißione & eius forma, dicitur in. c. de testi. lib. 6. ubi Papa facit remißionem ad partes pro testibus producendis, & de receptionibus testium, an poßint ulterius committere, habetur de re iud. cùm Bertoldus in Cle. iudices de off. dele. Potest enim iudex hoc officium committere tabellioni seu notario caussæ, & sic exercebit utrunq; officium, scilicet receptionis testium & rescriptionis, & ita tamẽ Inno. in. c. quoniã contra falsam de proba. Et hoc etiã tenet generalis cõ

suetudo

suetudo. Et dicit ibi Hostien. quòd sanum est consiliū, quòd de cōmißione iudicis tabellioni facta fides fiat, non per ipsum tabellionem, cui facta est cōmißio, sed per instrumentum alterius tabellionis, uel sigillo autentico sigillatas literas. Cùm ergo pars producit testes suos coram iudice, uel eo, cui est cōmißum, debēt testes iurare, dicere ueritatē, quia sine iuramento dictis eorum nō creditur, quantumcunq; sint religiosi, nisi iuramentum à partibus remittatur, ut in ca. nup. & in. c. tuis de testi. de quo in Spec. ti. de testi. §. sequitur. Quæ iurare debent testes. Ru. Forma autem iuramenti testis habetur de testibus fraternitatis, in ult. glos. quia iurabunt, quòd dicent totam ueritatē iudici, uel cui cōmiserit, quam sciuerint de illa causa seu re, & super qua iurant. Item quòd nullā resferant falsitatem. Item quòd pro utraque parte dicent iudici ueritatem, quam sciunt. Item quòd dicent omnem ueritatem, siue fuerint interrogati siue non. Item q̄ nec precio, nec amore, nec odio, nec pro aliquo alio modo testimoniū dicāt. Et de facto additur sextum, uidelicet q̄ secretū teneāt dictum suū usq; ad publicationem, de quo etiā in Spe. de testi. §. seqtur. Et debēt iurare tactis euāgelijs, ut 3. q. 9. hortamur. An uerò, si nō appa ret testē tetigisse taliter euangeliū, illud præsumatur, tractat Io. An. in addi. Spe. in. §. proximè, alle. super uerbo & no. Quando autem debet probari consanguinitas ad dirimendum matrimonium, est specialis for-

Testes debēt iurare.

Forma iuramenti testis.

Quomodo cōsanguinitas probetur ad dirimendum matrimoniū.

forma iurameti testium, de qua in.c.licet de test. Pars autem contra quam testes producuntur, sit præsens in productione testium, ut uideat personas ipsorum testium, quales sint, an sint tales, qui nō possunt testificari, & faciat protestationes, quod dicere uelit in personas testium, & dicta eorum: alias post publicationē attestationum non potest hoc, nisi in duobus casibus, uidelicet nisi iuret, quod ex malicia hoc nō procedit: uel nisi ostendat post publicationem hoc se didicisse, quod obijcit in personas, ut in.c.præsentium, de testi. li.6: Et debet ista protestatio fieri tempore productionis testium, ut in.c.ex parte.eo.ti. Tamen ista protestatione facta, si testes aliquid dixerint, quod est pro protestāte, eis de facili non crederetur, ut in alle. c.præsentium, in fi. qualiter tamen hoc intelligitur, ibi notatur. Et ista omnia, puta testium receptionem, eorum iuramenta, & partium protestationes tabellio scribat in actis de proba.c.quoniam contra falsam. Et erit forma talis. Forma actuum in actis signandorum. Rub. Anno tali, die tali, &c. talis actor, uel eius procurator coram tali iudice, uel tali cōmissario comparuit A.&.C. testes ibidem apparentes, producit, petens eos per dictum dominum iudicem uel cōmissarium recipi & admitti. Et aduerso, talis reus uel talis eius procurator, ibidem apparēs, protestabatur expresse, quod in personas testium huiusmodi uellet dicere uel obijcere: seu eos post depositionem oportunam reprobare.

probare. Prædictus ergo dominus iudex uel cōmißarius, testes prænominatos recepit, qui omnes & singuli tactis euangelijs solitum præstiterunt iuramentum, &c. Quæ sint partes iudicis in testium examinatione. Ru. *Tandem iudex uel commißarius procedendo ad examinationem testium, uocabit ad se testes & singulos sigillatim, & secretè examinabit exēplo* Danielis, *qui falsos sacerdotes contra Susannam productos, secretè examinauit, ut habetur* Danielis 13. *& no. de testi. c. 2. in. g. non est ita: ubi de hoc, & dicet ei amice, falsidicus testis tribus est obnoxius personis, scilicet* Deo, *cuius præsentiam (cùm sit ubiq;) contemnit. Item iudici, quem mentiendo fallit. Item parti innocenti, quam falso testimonio lædit, de cri. fal. c.* 1. Et *quomodo testis, qui ueritatem occultat, & dicit mendacium, reus est, quia primò prodeße non uult, secundò nocere desiderat, ut ibi no.* Vnde *cùm iuraueris dicere ueritatem, per illud iuramentum obsecro te animam tuam salues, & quod scis, de tali negocio dicas.* Deinde *proponat sibi qualiter inter talem & talem caußa uertitur super tali re, &c.* ¶Deinde *legat uel exponat sibi primum articulum, super illo testem interroget, an sciat eum eße uerum: & si testis eum uerum eße dicat: quærat ab eo de caußa scientiæ, ex qua caußa eum scit eße uerum: & secundum alia interrogatoria, quæ data sunt circa illum articulum, eum diligenter & sigillatim interroget.* Deinde *facta*

Falsidicus testis tribus est obnoxius personis.

interrogatione de his, quæ in primo articulo continentur, & interrogatorijs circa eum datis & factis depositionibus & responsionibus per testes ad ea: tūc descendat examinator ad secundum articulum: tandē ad tertium, & sic de alijs. Adhibeat tamen cautelam, si uisum fuerit, quòd primò quærat à teste in genere, quid sciat de tali caussa, quæ uertitur inter tales, &c. antequā aliquem articulum sibi legat, uel quandoque interroget de ultimis & medijs articulis istam præposterationem seruando, ut per hoc facilius apprehendere ualeat, an sit testis subornatus uel instructus, an non, nec suadeat ei, nec ipsum inducat, ut aliquid certè dicat, sed quærat in genere, nec etiam inducat eum ad dicendum se scire, quod credit uel econuerso, de quo in Specula. de testi. §. nunc tractandum. Et notarius scribat isto modo. Forma depositionum in actis signādorum. Ru. Anno, mense, die, talibus. Talis testis iuratus super primo articulo, qui sic incipit. Item ponit in primis, &c. sibi lecto diligenter & exposito, examinatus dixit se articulū ignorare, uel dixit uer.: esse, quæ in ipso articulo continentur, interrogatus de caussa scientiæ, seu quomodo sciret, respondit, quòd interfuit, & ita fieri uidit & audiuit. Interrogatus de tempore, secundum quod interrogatoria data fuerūt, respondit, quòd anno tali. Item super secundo articulo, qui sic incipit. Item ponit, &c. sibi lecto & clarè exposito dixit, & sic de alijs. Quæritur & de

de caußis & circumstantijs, secundum formam interrogatoriorum, circa quemlibet articulum datorum. Et responsiones ipsius testis, qualescunq; fuerint, redigantur in scriptis secundum formam, de qua sup. & sicut à teste proferuntur, nihil mutando uel detrahendo, & diligenter uulgare interpretetur in latinũ, & equè, nec scribat dixisse testem, credo ubi dixit scio uel ecõtrà. Nam taliter posset dicta testis redigere in actis uel in scriptis, quòd auferret ius habenti, & sic se sibi ad restitutionẽ seu satisfactionẽ obligabi'. Caueat etiã, ne scribat talis testis, dixit per omnia, sicut talis primus uel secundus, cùm cuiuslibet testis dictum per se integrum erit, ut no, de uerbo sig. c. nihil obstat, de quo ibi plenè. ¶Additio. ¶Sed posset quæri, an testis poßit dare depositionem suam in scriptis. Bar. in. l. Theopõpus. ff. de dote præ. tenet q; sic, sed Bal. tamen contrarium. l. in bonæ fidei. C. de iureiu. & Panor. i. c. de testibus, ext. de test. & hæc opi. est uerior, & probatur per tex. in. l. 3. §. Itẽ diuus. ff. de testi. & in. c. testes. 3. q. 9. & hoc uerum, nisi talis testis esset mutus, quia tunc posset dare in scriptis. Nota Spec. ti. de testi. §. nunc tractandum. uersi. qui de muto. Et aduertendum, quòd ubi super articulo principalis testis opponit examinator seu tabellio, non debet uti his uerbis, uidelicet talis testis requisitus seu interrogatus super articulo tali respondit talia, sed scribat seu dicat talis iuratus super articulo

An testis poßit dare depositionem suã in scriptis.

tali dixit sic. Sed ubi de caußa scientiæ, uel circumstantijs extra articulum principalem quæritur, tunc his uerbis tabellio scribendo utitur. Talis interrogatus seu requisitus, quomodo sciret uel de tempore, seu de loco, taliter respondit, &c. de quo in Spe. de testi. §. nunc tractandum. uer. aduerte diligenter. Quomodo etiam in examinatione testium quædam consideráda sunt: uidelicet quòd sit prudens, expertus, diligens & attentus, fidelis, & caueat prudenter & discretè attendendo qualitatem, & uultum ipsius testis, & quædam circa ipsos testes, uidelicet an sint inimici, consanguinei, imfames &c. Et quædam circa dicta: uidelicet an aptam caußam reddat, &c. ponit Guil. in Spe. ti. de testi. §. nunc tractandum. Vt autem hæc plenius pateant, debet etiam examinator, iudex uel cōmißarius attendere, an testis uacillet, an titubet, seu cum trepidatione loquatur, & si uacillet, debet hoc scribi in actis per tabellionem, sed an tabellio debet hoc scribere ad præceptum iudicis examinantis, &c. etiam si tabellio nihil de dubitatione uel uacillatione perpendat, nota. de proba. c. quoniam contra falsam, & in Spe. ti. de testi. §. nunc tractandum. uer. consideret, & sequenti. & dicitur ibi, quòd sic triplici ratione. Primò, quia iudex habet auctoritatem in examinando testes: sed tabellio solum in scribendo. Secundò, quia iudex est superior, unde sibi magis credendum est. Tertiò, quia tabellio attentus, circa scripturam non ita attendere pos

In examinatione testium quænam sunt consideráda.

potest circa uariationem, titubationem, ruborem, pallorem uel mutationem faciei ipsius testis, sicut iudex, quia semper potest oculos ad testes habere. Ergo sibi magis est credendum, potest tamē tabellio suam conscientiam saluando sic scribere hoc casu, & iudex mihi tabellioni dixit ut scriberem, quòd testis uacillabat, sed scriptura esset efficacior, si adderetur per tabellionem: & sic mihi uidebatur, quòd uacillabat dummodo rei ueritas, sic se habebat. Debent etiam, quantum possunt, cum ueritate exprimere uacillationis modum: scilicet talis testis dubitando, uel tremendo, uel sudando præ timore, loquebatur, uel pallidus efficiebatur, uel huiusmodi, & hoc teste uel recedente, uel ignorante. In continenti tamen, ex quo testis exiuit, posset iudex, si uellet, testem ex hoc punire, de quo nota. in alle. c. quoniam contra falsam: & per Inno. & Hosti. in Spe. uersi. proxi. alle.

¶De remiſsione atteſtationum.

Postquàm autem testes recepti sunt & examinati, si hoc factum est per aliquē ex admiſsione iudicis: ipse redactis attestationibus, in scriptis ipsas cum articulis & interrogatorijs, ac alijs coram eo super hoc actis iudici remittat, sic scribendo.

¶Forma remiſsionis literæ.

Honorabili uiro. N. iudici tali salutem in domino, mādatum uestrum mihi iniunctū pro susci

piendo & exequendo effectu: testes, quos talis in causa tali coram me producere uoluit: uel testes mihi per talem nominatos, citaui: & ab eis per talem actorem, uel talem eius procuratorem, in præsentia talis rei uel talis procuratoris sui in pœnam contumaciæ, rei per me ad hoc citati & non comparentis, productis: iuramentum iuxta morem, ipsi omnes & singuli, tactis sanctis euangelijs, recepti præstiterunt, ipsosq́ super articulis actoris, secundũ interrogatoria ipsius rei mihi cõmissa cum diligentia, quàm potui examinare curaui, quorum depositiones per talem notarium in scriptis redactas, sub sigilli mei impreßione inclusas, unà cũ articulis, interrogatorijs, citatiõibus, protestationibus, testium iuramẽtis, & alijs coram me in negocio huiusmodi actis, factis & productis, per latorem præsentium, quem ad hoc de utriusq; partis consensu, tanquã idoneum & fidelem duxi aßumendum, uobis remitto. Aliquando additur illa clausula, & partibus talem terminum, in quo se coram uobis repræsentare per se, uel per procuratorem teneantur, aßignaui. Et quod in forma dicitur de testium iuramẽtis, Ideo posui, quia iuramenta huiusmodi sunt in actis scribenda, ut tactum est supra, unde non sufficeret ponere in attestationibus, sic talis testis iuratus dixit, &c. Quia ista assertio seu narratio est de præteritis, nec per eam apparet de præsentia iudicis uel partis, contra quam producitur, nec dies præ-

stiti

ſtiti iuramenti. De quibus omnibus conſtare debet, de teſti. c. 2. de proba. c. quoniam: ita dixit Io. An. in addi. Spe. de teſti. §. ſequitur. Si tamen ſcriptum reperitur in actis, teſtem coram iudice iuraſſe partibus præſentibus: bene præſumitur iuraſſe, ut debuit ſcilicet cum tactura euangeliorum, ut etiam dixi ſuprà, & plenè per Io. An. in loco ſtatim allegato, ſi nō appareat teſtem iuraſſe, hoc non præſumitur. ¶ Additio. ¶ Sed hic poſſit quæri an ualeat dictum teſtis, ſi primò deponat, poſtea iuret. Bal. in. l. iuſiurandi. C. de teſti. dicit, quòd ſi iuramētum eſt cōnexum, hoc eſt incontinenti præſtitum ualet, ſi uerò ex interuallo nō ualet. Et debet teſtis recipi & uenire expenſis producentis: ut in. c. ſtatutum. §. penul. de reſcrip. li. 6. nec pars alia pro eo, quia dat interrogatoria, tenetur ad illas cōtribuere. Et tenetur producens illas miniſtrare teſti, antequā iter arripiat ad eundem, & quomodo non habetur ratio illarum expenſarum, quas teſtis domi facturus erat, & quomodo ſoluat etiā expenſas pro uectura equorū, ſi cōditio perſonæ teſtis hoc requirat, etiam ſi teſtis habet proprium equum. Tractat Ioan. An. in addi. Speculato. de teſti. §. ſequitur. Vtrum autem ualeat depoſitio teſtis facta poſt terminū datum, ad probandū, producendum & recipiēdum teſtes no. i Spe. §. proxi. alle. uer. iſq; cui &c. & ibi latè p Io. An. in addi. Spe. Finaliter, placet diſtinctio Guil. ibi poſita, primo & ſecundo membris:

An ualeat dictum teſtis, ſi primò deponat, poſtea iuret.

Teſtis debet uenire expēſis producentis.

L 4 ſaluo

ſaluo eo,quod no.in Spe.de dila.§.1.uerſi.illud quoq; in fine.Poſtquã ſic producti & examinati teſtes ſunt, ſi hoc tactum eſt in prima dilatione, & ſufficiens eſt facta productio,proceditur ad publicationem atteſtationum:ſi non eſt ſufficiens,& producẽs petit ſecundam uel tertiam dilationem, ſi iuſta cauſſa ſubeſt, dabitur cum cauſſæ cognitione ſecunda uel tertia dilatio,ut ſup.dictum eſt,& no.de dila.c.2.de teſt.in cauſſis,cum ſimilibus. Quarta dilatio non dabitur, niſi cũ quadam ſolennitate legali, de qua & qualis ſit illa ſolẽnitas,uide in.c.ultra tertiã de teſt.& ibi plenè. De publicatione atteſtationum. Ru. Teſtibus ſic productis & examinatis,partes renuncient productioni,& poſtulent atteſtationes publicari,uel ſaltem pars producens id petat. Iudex ergo uolens atteſtationes publicare,uocabit partes, quia eis abſentibus & non uocatis,non dat aperire,de re iud.c.1. Et maximè habet uocare illam, contra quam ſunt productæ: ut ſi uelit, poßit aliquid in apertione proteſtari. Partibus ergo ſic uocatis & præſentibus, uel altera per contumaciã abſente,procedit iudex ad publicationem iſto modo, quia præcipiet notario,quòd legat coram ſe & partibus publicè in iudicio dicta teſtium, uel ipſemet legat. Et ſi ſunt multæ uel prolixæ, ſufficit unam legere pro omnibus,quo facto iudex dicit iſtæ ſunt atteſtationes in cauſſa tali,habetis eas publicatas,uel pro publicatis,de quo in Spe.de teſti.§.ſatis utiliter in prin.

De publicatione atteſtationum.

Di-

Dicit tamen Io. An. in addi. ibidem de facto seruari, q. legitur aliquid de una attestationum in principio, & de una in progressu, & de una in fi. Satis tamē est iudicem pronunciare illas, pro publicatis haberi, & ita cōmuniter in partibus istis seruatur. Et *omnia ista per tabellionem rediguntur in actis, isto modo.* Forma *actuum in actis signandorum.* Ru. Anno, *die, mense, talibus, &c.* Talis *actor, uel talis eius procurator, pro una: & talis reus uel procurator ipsius, parte ex altera ad publicandum uel publicari faciendum, & audiendum dicta testium, pro parte ipsius actoris citati comparuerunt coram prædicto domino iudice, sedēte pro tribunali, & testibus producendis renunciārunt, ac dicta testium prædictorum publicari cōsenserunt, & expreßè postulauerunt, ac copiam ipsarum sibi fieri & decerni attestationum huiusmodi petierunt:* Prædictus *autem reus terminum ad dicendum contra personas & dicta testium, competentem sibi petijt aßignari.* Præfatus *ergo dominus iudex, attestationes huiusmodi, uel partem talem ipsarum attestationum, publicè coram se legi fecit, quo facto ipsas attestationes uoluit & pronunciauit pro apertis & publicatis haberi, & copiam ipsis partibus, uel earūm procuratoribus hæc petentibus, fieri & dari decreuit: & tali reo uel eius procuratori talem diem ad dicendum uel obijciendum in personas, & dicta testium pro termino aßignauit.* Alia *forma.* Ru. Vel *sic breuiter.* Lectæ

& publicatæ sunt hæ attestationes in præsentia partium, uel earum procuratorum cõsentientium, & publicationem fieri petentiũ, uel in præsentia talis actoris, seu sui procuratoris publicationem fieri postulantis in pœnam contumaciæ talis rei ad hoc citati, minimè comparentis. Anno, die tali. Et est notandum, ꝙ in renunciatione tali habeatur ista cautela, quòd scilicet fiat renunciatio solùm productioni testium, non probationi in genere, quia tunc non possent produci instrumenta, quæ aliàs produci possent usq; ad conclusionem causæ de fi. instru. cùm dilectus. Item quòd una partium non renunciet, nisi & alia renunciet, de quo in Spe. de testi. §. ult. uer. item notandum, & uer. si per abbatẽ, de testi. in. c. de testibus: quia alia pars, quæ non renunciasset, posset producere testes ante publicationem, & talis renunciatio admittit facultatem producendi testes super eodem articulo, de quo plenè in. c. cùm uenissent de testi. Attestationibus publicatis solet sup eis disputari: ut dicitur in. c. in causis, de testi. De reprobatiõe testium & dictorũ suorũ.

Cautela.

De reprobatione testiũ.

Ru. Testes uerò quandoq; reprobari possunt. Et an hoc liceat, uel quãdo post publicationem, habetur in. c. præsentium, de testi. li. 6. Impugnãtur etiã, ut aliàs dixi factæ p testes probatiões ratione dictorũ eorum testium. Videamus de primo: ratione personarum repelluntur testes seu reprobantur aliquando, propter crimen, aliquando propter suspicionem, aliquando

quando propter defectum. Propter crimen, ut quia est latro, raptor, periurus, infamis: uel aliàs criminosus, de test. c. testimonium, &. c. sicut nobis. cum similibus. Propter suspicionem, ut quia est pater uel consanguineus, uel socius, familiaris, affinis, coniunx, uasallus, libertus, uenditor uel fideiussor eius, qui eum producit, de quo 3. q. 4. §. item testium de test. insuper &. c. cùm nuncius, &. c. in literis, & plenè in Spe. de test. §. 1. Propter defectum potest poni exemplum, ut in impubere, de quo tamen in Spe. de test. §. 1. item excipit scilicet, quòd est impubes uel furiosus, uel Iudæus, de testi. Iudæi, &. c. licet. ¶Additio. ¶An autem factus pubes possit testificare de his, quæ uidit in ætate pupillari, glo. in. l. 3. sup uerbo impubes. ff. de testi. tenet, quòd sic, quam tamen limita: nisi factus pubes uellet testificari de his, quæ uidit tẽpore, quo non erat doli capax, seu discretionẽ nõ habebat, tenet Dy. in. l. excipiuntur. ff. ad silleiabal. in dicta. l. 3. & pro istorum opinione est glossa singularis, in. c. relatum, 37. distinct. Et generaliter requiruntur in testibus septem, quæ his uersibus ponuntur. Conditio, sexus, ætas, discretio, fama. Et fortuna, fides, in testibus ista requires. Istos uersus ponit glo. in. c. 2. de test. glo. 2. & insuper glo. allegat ad singulas concordantias. Iudex ergo facta publicatione, assignabit partibus terminum, infra quem recipient copiam attestationum, quis

Quæstio.

Quæ requirantur in testibus.

quia copiam facere tenetur iudex de probati. quoniā contrà, & originalia debet iudex uel tabellio apud se retinere, ut ibi notatur. Deinde copia habita per partes, iudex dabit aliquem terminum reo, infra quem testes actoris, si potest, repellit, & post istum terminum non audietur reprobatio, de proba. licet, de quo etiam in Specu. de testi. §. publicatis. Quando tamen ante publicationem attestationum, testes reprobātur & repelluntur, de quo uidelicet, an exceptio contra testes proponi debeat, & probari ante publicationem attestationum: uel an pòst fieri potest, magna est diuersitas inter doc. Tenetur tamē conclusiuè, quòd exceptio legittima, quæ opponitur contra testes, semper à principio sit facienda: & iudex non recipiens grauaret, & sic esset locus appellationi. Sed an recipere debet statim protestationē super tali exceptione, uel hoc differre usq; post publicationem, stat in arbitrio iudicis. Ab isto excipiūtur tres casus, de quibus in ca. ex parte ade. de testi. in glo. huiusmodi, & super ea. Et iudex in tali arbitratione debet aduertere plura, uidelicet, an illud, de quo excipitur, habeat eandem æquitatem cum prædictis casibus exceptis, ut sic ex eadem æquitate probationes prius recipiat. Item an sit publicum quod excipitur. Item an habeantur probationes. Item an sit præsumptio contra excipientem, quòd faciat hoc caußa differendi: & secundum huiusmodi & alias diuersas circūstantias facti, uidebit iudex

Quādo exceptio contra testes opponi debeat.

dex an expediat prius recipere testes reprobatorios uel non. In dubio tamen differatur reprobatio, de quo in ca. ex parte supra alle. ut ibi p Io. An. super prædicta glo. Et ita est in arbitrio rei opponere exceptionem contra testes à principio uel illam differre ad tempus disputationum, dummodo de hoc antè protestetur iuxta dispositionem ca. præsentium, de testi. Sed in arbitrio iudicis est regulariter probationes huiusmodi exceptionum statim recipere, uel ipsas in tempus prædictum differre, dummodo attentis facti circumstantijs, bene arbitretur. Et dicitur regulariter, quia in tribus casibus probationes statim admittuntur, ut sup. patet. Et si post reprobationem testium reprobatoriorum inducuntur testes reprobatorij, isti testes reprobatorij possunt per testes alios reprobari, sed ulterius non admittitur reprobatio: ut est casus, in. c. licet. 3. de testi. & de hoc datur uersus. In testem testis in hunc, sed non datur ultra. Et in excep. contra testes, quando reprobantur prætextu criminis, debet fieri specificatio criminis contra cuiuslibet personam, ut in. c. præsentium, de testi. li. 6. Exceptio tamen bene admittitur sine tali specificatione, & tunc debet fieri specificatio ante testium receptionem, ut ibi super glo. notatur. De qua specificatione intelligatur, uide ibidem in glo. nō esset, & super ea. Et sequitur forma exceptionis contra personas testium.

¶ Forma exceptionis contra personas.

For-

tis dicti ipsius testis notatur in.c.sicut nobis de testi. Nam si excipitur ante sententiã, sufficit probare corruptionem, cùm per hoc probentur criminosi, & idẽ post sententiam in caussa appellationis, uel aliàs in casu, ubi sententia non habet effectum rei iudicatæ, ut no. in dicto. c. sicut nobis. Sed ubi sententia transiuit in rem iudicatam, tunc oportet probare falsitatem, imò tunc etiam addi debet, quòd iudex in sententiando fuit dicta testium corruptorum secutus per iura, quæ alleganturin. d. c. licet in 2. glo. & ibi ex tex. Abbas colligit sex exceptiones contra testes. Prima de conditione. Secunda de singularitate. Tertia de mala fama. Quarta de leui opinione. Quinta de falsitate. Sexta de corruptione. Istæ tamen exceptiones non omnes directè procedunt contra personas, sed aliquæ respiciunt dicta testium. Vtrum autẽ testis puniatur propter crimen, sic in modum exceptionis, ut à testimonio repellatur probatum contra eum, legitur & no. de or. cog. c. 2. Et ita habemus quomodo probationes per testes reprobantur ratione personarum.

¶ Quomodo impugnantur dicta testium.

Videamus ergo nunc, quomodo dicta testium reprobantur & impugnantur, quia attestationes, quæ aliàs non ualèrent, possent per consensum partium, etiam cõtra partem citatã ratificari, de

quo

quo no. de testi. cùm caußam, super glo. 2. quia nisi. Vnde aduertendum, quòd habita copia attestationum aduocati præsentium, in aliquibus partibus faciunt rubricam, ut ipsi, uel iudex facilius ad indaginem ueritatis perueniant, de istis rubricis qualiter sint faciendæ, tractat Guil. in Specul. de test. §. publicatis: uidebit enim causidicus utriusq; partis depositiones testium, & aduertat, an articuli sint plenè probati uel nõ, unde aduocatus illius, qui producit testes, signet articulum per crucem uel literam, uel aliud signum, & ubi per dicta testium alicuius probatur idem articulus, ponat idem signum uel literam eandem in margine circa eadem dicta, & ubi alij testes cum eo concordant, faciat idem: ita uidelicet, quòd secundum pluralitatem & diuersitatem articulorum, diuersificet etiam literas uel signa, ut per signorum uel literarum diuersitatem appareat, qui articuli, per quæ dicta sunt probati, ac ubi, ac in quibus testes cõcordant. Posset enim poni circa primum articulum. A. circa secundum. B. & sic de alijs. Et ubi per dicta alicuius testis probatus est primus articulus, ibi etiam in margine ponatur. A. ubi uerò probatus est secundus, ponatur. B. & sic de alijs. Econtrà aduocatus rei, contra quem testes producti sunt, uidere habet & designare per huiusmodi signa uel similia, discordantias & contrarietates dictorum testium, quòd habeat eas in parato, ut facilius & clarius poßet ipsa dicta impugnare, de quo plenius

in Spe. de testi. §. publicatis. Istæ tamen rubricæ raro fiunt in istis partibus.

¶ Forma exceptionis contra dicta testium.

Possunt tamen sic formari exceptiones contra dicta testium. Procurator procuratorio nomine talis rei, excipiendo contra dicta testium prætensorum, productorũ pro parte talis actoris, in caussa quã mouet tali reo prædicto, coram uobis honorabili uiro domino iudice, &c. proponit & dicit, quòd ipsa dicta testium, seu testimonia prætensa sunt singularia, obscura, dubia & incerta, & testes ipsi uarij sunt, & in dictis suis uacillant, & negatiuam astruere & probare intendunt, nec caussas dictorum suorum, seu scientiæ suæ reddunt requisiti, uel reddunt malas, insufficientes & ineptas responsiones, & alias non probãt, ad quod probandum sunt inducti, sibiq; in dictis suis euidenter contradicunt. Item dicta ipsorum sunt nulla & inualida, ex eo, quia minimè iurauerunt uel deposuerunt non iurati, uel parte nõ citata nec præsente iurauerũt, uel deposuerunt super non iuratis, uel quia deposuit de scientia in tempore, in quo nondum natus erat testis, ideo reiectis & minimè acceptis huiusmodi testium dictis, nullis & inualidis, petit procurator prædictus in caussa concludi, & se ab actoris impetitione absolui, ac ipsum actorem in expensis litis condemnari.

¶Probatio formæ.

Istarum exceptionum aliquæ, puta tres habentur in ca. cū ecclesia sutrina de caussa pos. & propriе. Aliquæ etiam ex. c. licet de proba. Item aliquæ ex ca. 2. & ca. tuis. & c. nuper de testi. Item aliquæ istarū exceptionum non indigent probatione, sed ueritas uel falsitas earum patet ex ipsis dictis. Sufficit ergo sola allegatio & ostensio dictorum, nec ualet probatio facti, ut in exceptione de singularitate, non redditiōis caussæ contrarietate, & huiusmodi. In quibus autem debeant concordare no. de testi. ca. 2. Et datur per Inno. Versus.

In quibus testes debeant concordare.

Res, persona, gradus, locus, hæc sunt cōsona, tēpus. In his uariando impediunt fidem & substantiam. Aliæ requirunt probationem, puta ut cùm opponitur de nullitate, & aliquando incumbit probatio producēti testes ex caussis antedictis, ut quod iurati deposuerūt, uel quòd pars fuit citata, &c. Aliquando uerò opponenti seu excipienti, ut si dicatur testis corruptus uel falsum dixisse, de quo etiam per Io. An. in addi. Spe. de testi. §. publicatis sæpius alle. ¶Additio. ¶Et aduerte, quia tria sunt, quæ detrahunt etiam fidei testis, si uariet. si uacillet. si negatiuam probare satagit, ut no. in. c. cùm ecclesia de caussa possess. & pro. Et aduertendum, quòd aliquando opponitur de falsitate cum corruptione, aliquādo de sola corruptione. Item aliquando solum de falsitate, & hoc aliquando directè,

Tria sunt quæ detrahunt fidei testis.

ctè, aliquando indirectè: falsitas directa raro procedit post publicationem, nisi ex culpa iudicis non facientis fieri debitam specificationem, de quo per Io. An. in addi. Spe. in loco proximè alleg. Falsitas indirecta posset post publicationem & apertionem per testes probari, ut in. c. ex tenore de testi. & glos. in Cle. 2. de testi. ubi de hoc. Sed tamen falsitas directa admittitur post aperturam, propter obliuionem debitæ specificationis articulorum, ut sup. dictum est. Sic & indirecta probatio falsitatis excluditur post publicationẽ factam propter specificationem habitam, ut ibi post Inno. scripsit Io. An. nam si in articulis locum & tempus testes non expresserunt, bene admittitur post publicationem probatio falsitatis dictorum testium indirectè, secus si in articulis locus & tempus fuissent declarati, quia tunc post aperturam, uolens etiam indirectè probare contrarium, non audiretur per Cle. 2. de testi. Super ista ergo probatione indirecta, falsitas dictorum testium posset sic formari.

¶Forma exceptionis super indirecta probatione falsitatis dictorum testium.

EXcipiendo proponit & dicit procurator talis rei, uel contra dicta testium talis actoris, quòd testes huiusmodi falsum tulerunt testimonium, unde ad eorũ huiusmodi dictum falsum ipse reus nõ est cõdemnãdus. Dixerũt enim ipsum reũ tali die in oppido

Montiſacuti cum actore talem contractum celebraſſe: & ipſe reus eodem die fuit in ciuitate Meldenſi, unde ipſum tunc Montiſacuti perſonaliter, ut teſtes exprimunt, contraxiße eſt impoßibile, quod per tales teſtes idoneos probare eſt paratus quare, &c. Quod autem ſuprà dicitur de excipiendo, de contrarietate teſtium: hoc ſtat, quando dicta non poſſent reduci ad concordiam, aliàs ſi fieri poteſt, ſemper teſtium dicta ſunt concordanda propter odium periurij, & per quem modum hoc fieri poteſt, legitur, & no. in ca. cũ tu. & in ca. cũ noſtra de teſtib. & ibi glo. Et quãdo excipitur, quòd non reddunt apertam cauſſam ſcientiæ, ſecundum quod teſtis, qui interrogatus eſt de cauſſa ſcientiæ, & cauſſam non reddit, non ualet eius dictum, & idem ſi reddit malam uel ineptam. de teſti. c. cùm caußam. Si non eſt talis teſtis interrogatus de caußa, tunc ſi data ſunt per partem alia interrogatoria, idem eſt quod & ſup. ut ibi no. & in. c. præſentium, de teſ. li. 6. Si uerò non ſunt data interrogatoria, tunc dicunt aliqui, quòd bene ualet dictum teſtis, de quo in. c. cùm cauſſam de teſti. Dicunt tamen quidam, quòd iudex non quærens de caußa, tenetur parti ad intereſſe per. l. ſi quando. C. de teſti. in fi. quod alij reſtringunt, ubi eſt notabilis negligentia, quod putat Io. An. Verùm in foro pœnitẽtiali, ſi caußa expreſſa parti non nocuiſſet, ſed in iudiciali petitio non haberet effectum, niſi ipſe reus confiteretur, de quo per eundẽ

in

in Spe. de testi. §. 1. Et intelligitur de caussa scientiæ, scilicet quomodo scit illud quod dicit, & non de caussa actus illius, de quo deposuit, quia de illo non tenetur dicere, quāuis de illo posset interrogari de re iudi. super hoc. Et istas exceptiones contra personas & dicta testium tabellio registrabit in actis hoc modo. Anno tali, die tali, comparentibus coram tali iudice, tali actore uel eius procuratore, ex una & tali reo, uel tali eius procuratore, ex altera partibus, prædictus reus, uel eius procurator, exceptiones cōtra personas & dicta testium actoris exhibuit infra scriptas. Ex aduerso ipse actor uel eius procurator, copiā ipsarum per iudicem sibi decerni & fieri, ac terminum competentem ad respondendum seu ad replicandum contra eas sibi decerni & assignari postulauit. Præfatus ergo iudex copiam petitam reo dandam decreuit, & diem talem ad dicendum contra exceptiones prædictas sibi pro termino præfixit. Actum &c. Vel sic breuiter scribat tabellio in fine exceptionum. Istis exceptionibus per talem exhibitis, Anno tali, die tali, in præsentia talis rei uel sui procuratoris contradicetur seu replicabitur die tali, &c. Replicatio actoris cōtra excep. rei in personas, & testiū dicta factas. Cōtra autem illas exceptiones rei factas, contra personas uel dicta testium posset replicare: uidelicet dicere testem criminosum fuisse, & de crimine emendatum, ergo in ciuili admittendum, &c. de testi. testimonium.

Infamem restitutum fuisse famæ, de re iudi.cum I. & A. uel dicendo absentem citatum ad uidendum iurare. Et ista forma replicationis patet ex superioribus. Et quia plures sunt modi probandi seu species probationum, de quibus notatur. c. cùm ad sedem de resti. spo. in glo. nota. 4. & super ea, & in Specu. de proba. §. uidendum autem, uidelicet per testes: per instrumēta, per euidentiam facti, præsumptionem, per famam, per dilationem iuramenti. Si ergo actoris intentio nō est probata per testes potest recurrere ad instrumenta, si habet illa & producere ante conclusionem causæ etiam post publicationem, de fide instru. cùm dilectus, nisi datus esset ei lapsus terminus à iudice ad illa producenda, post quem super productione non audiretur in ista instantia: de quo no. in Cle. sæpe de uerbo. sig. eo saluo, quod dicit glo. in uerbo obstante: ibi ubi ergo. ¶Additio. ¶*Nota tamen, quòd licet post conclusionem in caussa non sit licitum producere instrumenta, tamē in casibus, in quibus iudex procedit ex officio, potest fieri talis productio, si iudici uisum fuerit expedire, & hoc tamen Panor. in. c. cùm dilectus de fide instru. & uide ibidem per Feli. ponentem plures casus, in quibus licitum est post talem conclusionem producere instrumenta. Quid autem sit instrumentum, & quot sunt species instrumentorum, & quibus adhibeatur fides, & qualiter, & quæ scripturæ productæ in iudicio impugnentur, & de alijs,* cir-

Plures sunt modi probādi

In quibus casibus instrumētum producatur & quādo.

circa hoc plenè in Spe. de instru. edi. per totū. Et uideat pars, contra quā producitur instrumentū, quòd copiam eius petat, & terminum ad impugnandum illud ī termino, si poterit, impugnet, quia aliàs eo ipso, quòd instrumentum publicum fuerit productū, & aduersarius uel opponens tacuit, uidetur ipsum approbasse de offi. dele. gratum no. Hosti. in. c. quoniam cōtra falsam de proba. & ibi etiā plenè nota. quomodo instrumentū debet redigi in actis, uel principium, uel finis ponendo tamen de tenore, quòd esset æquiuocatio, &c. de quo in c. contingit de fi. instru. & ibi plenè. Si igitur actor probauit intentionem suam per testes uel instrumēta, reus, si habet peremptorias exceptiones, opponat eas, uideat tamen quòd ipsas probet, quia si fundata actoris intentione, reus opponat peremptorias, & in eius deficiat probatione, condemnabitur actori in expensis, quas fecit postquā reus recepit inducias, & si aliàs nō est soluēdo, est ad arbitrium iudicis puniendus. Ista est prouisio decretalis, finem de do. & contu. si tamen eas uult incontinenti probare, licet sibi deficiat probatio, non est locus pœnæ, ut ibi no. Debent ergo duo concurrere ad hoc, ut excipiēs patiatur hanc pœnā, scilicet, quòd fundata sit actoris intentio, & non incontinenti reus assumat onus probandi, ut ibi no. Potest ergo reus opponere exceptionem rei iudicatæ uel transactæ, & formas illas habens suprà, uel potest

excipere de pacto non petendo, uel de præscriptione uel solutione debiti facta sub hac forma. Forma exceptionis præscriptioni Ru. Coram uobis honorabili uiro domino iudice, &c. procurator procuratorio nomine, talis proponit excipiendo ad intẽtionem actoris talis perimendam seu elidẽdam: & dicit, quòd ipse reus domum talem, quam actor ab eo uendicat, possedit pacificè annis 30. & ultra eam continuè possedit & præscripsit bona fide. Quare petit ipsum reum ab impetitione actoris absolui per uestram diffinitiuam sententiam, & eundem actorem sibi in expensis litis cõdemnari legitimis. Vel sic in exceptione solutionis.

¶Exceptio solutionis.

Forma exceptionis peremptoriæ.

Coram uobis, &c. Ad elidendam & efficialiter perimendam talis actoris intentionem, procurator talis rei proponit & dicit excipiendo, quòd etiãsi debitum prætensum per ipsum actorem à prædicto reo petitum esset legittimè & sufficiẽter probatum. Ipse tamen reus de eodem debito prætenso illud sibi numerando realiter, & in pecunia numerata persoluendo satisfecit, cùm autẽ solutione eius, quod debetur, omnis obligatio sit sublata. Idcirco prædictus procurator nomine, quo suprà petit, &c. ut in præcedẽti forma, & sic de alijs exceptionibus. Et reus exceptionem peremptoriam per eum oblatam uel propositam, probare debet, quia in excipiendo reus fit

De exceptiõe peremptoria.

fit actor, & ita transfertur in eum onus probandi. ff. de excep. l. 1. & in. l. in exceptio. ff. de probatio. saltē regulariter: quia in certis casibus non probabit excipiens, sed actor: ut in exceptione non numeratæ pecuniæ uel dotis: de quo etiam in Spe. de excep. §. uiso. Si autem non probat eam reus, ex illo nō obtinebit actor nisi probet intentionē suam de excep. c. cùm uenerabilis, de quo etiam in Spe. de excep. §. uiso. uer. illudq́;. Et diligenter aduertat aduocatus rei, quibus uerbis utatur in concipienda exceptione, de quo in Spec. §. proxi. alle. Et tabellio registrando huiusmodi actum exceptionis peremptoriæ oppositæ, scribat hoc modo. Comparuit in iudicio coram tali iudice, anno tali, talis reus uel talis procurator suus, & infra scriptam peremptoriam obtulit exceptionem. Ex aduerso iudice adhuc pro tribunali sedēte, talis actor uel talis procurator eius comparens, copiam illarum exceptionū sibi decerni per iudicem, & fieri petit, ac competentem terminum ad dicendū contra easdē seu replicandum aßignari. Cui prædictus iudex copiā huiusmodi exceptionū decreuit contra easdē si uoluerit. Acta, &c, Vel sic, Exhibitis his exceptionibus per talem reum, uel talem eius procuratorem, in præsentia talis actoris uel sui procuratoris. Anno tali, die tali. replicabitur die tali. Si autem in termino sic dato actori ad replicandum, actor nullam opponat replicationem, quia fortè non habet, & sic fortè admittitur exceptio

rei. Et ad probandum dabit reus articulos de materia huiusmodi exceptionis, & illos probabit, si poterit, per testes uel instrumenta.

¶Renunciatio probationum, ante conclusionem tamen.

Postquã autem, ut præmissum est, in caussa processum est, ut quia lis est contesta. iuramentum calumniæ præstitum, dati sunt articuli & positiones & depositiones testium uel instrumẽtorum inductæ: exceptiones oppositæ, replicationes formatæ, & duplicationes subsecutæ: cùm partes non habeant, quid ulterius in caußa proponant, ulterioribus proponendis renunciant & postulant in caußa concludi. Et ista omnia sunt in actis redigenda, de proba. c. quoniam. Et si una pars renunciat seu uelit renunciare, & alia dicit, quòd adhuc habet aliqua proponere: quare dicit quòd non uult renunciare, tunc iudex assignabit ei terminum competentem, infra quem proponat quicquid uelit, de quo in Spe. de renũ. in prin. Et uidetur aliquibus, quòd idem sit renunciare & cõcludere: & hoc tenet Gof. de cau. pos. pastoralis: tamẽ tex. & Inno. in. c. quoniam de proba. ponunt illa ut diuersa. Et quòd eorum quodlibet sit actus per se. tenet Guil. in Spe. de renun. conclu. in. uer. & notatur. Et sic potest dici, quòd per renunciationem renunciatur probationibus & allegationibus factis per conclusionem, inducitur renunciatio allegationum

iuris

iurium. Dicit tamen Io. An. in addi. Specu. in loco præal. quòd in renunciationibus huiusmodi sunt ponderanda uerba & status caussæ, & consuetudo fori. Quia si fit renunciatio allegationum & omnium probabilium, certum est, quòd ista renunciatio est conclusio, ut no. in ca. cùm dilectus de fi. instru. in glo. 1. Et idem putat ipse, si fiat renunciatio, allegationum iuris & facti, & hoc quando status caussæ patitur concludi. Idem si habet consuetudo fori uerbum allegationem cōprehendere ius & factum, & per illud solum concludi, & tunc renunciat allegationibus, per hoc etiam intelligitur conclusum: de quo etiam per modernos in Cle. Sæpe. de uerbo. sign. Potest ergo sic registrari in actis renunciatio & conclusio per tabellionem. Anno tali, die tali. Constitutis coram tali iudice partibus prædictis, puta tali actore & tali reo, uel eorū procuratoribus ipsæ partes in caussa huiusmodi allegationibus ulterioribus mutuo renunciauerunt, petentes concludi in caussa eadem, in qua etiam, in quantū in eis erat, cōcluserunt. Vnde iudex prædictus huiusmodi renunciationem admittendo in ipsa caussa, cū eisdem partibus uel earū procuratoribus, ut præfertur, cōcludentibus & cōcludi petentibus & uolentibus cōclusit & habere uoluit pro concluso, &c. Actum &c. Facta cōclusione in caussa, amplius probationi non est locus etiam per instrumenta, ut in dicto capi. cùm dilectus de fide instru. Iudex tamen ex

offi-

officio interrogare potest post conclusionem de facto, si aliquid dubitationis fuerit, ut in c. cùm Io. in eo. ti. sed hoc iudex non faciet ad petitionem partis: ut ibi no. & in ca. in præsentia, de proba. in fi. glo. 4. & c. per tuas de testi. Quomodo autem fiant allegationes iuris, tractat Guil. in Spe. de dispu. & alle. per totum. Et sic sumus expediti de secunda parte principali ordinis iudiciarij.

¶Sequitur de sententijs interlocutorijs super emergenti pronunciatis.

ANtequàm ueniamus ad tertiam partem, scilicet de sententia, & alijs, quæ eam sequuntur, quoniam aliquãdo aliqua emergunt in lite seu in caussa, super quibus iudex habet interloqui. nam licet super incidenti non sit necesse pronunciare, tamen super emergenti est pronunciandum, ut no. de or. cog. c. 1. Et quid sit incidens uel emergens, ibi no. Et ideo de interlocutorijs loquamur, & quæ sententia sit interlocutoria, no. in Cle. unica de seques. pos. in. 5. glo. & uide no. in. c. 1. de appel. li. 6. Super exceptionibus dilatorijs, uidelicet an libellus sit offerendus, uel non: ut an ei sit respondendum: uel an caussa sit tractanda coram ipso iudice uel non, uel utrum dilatio petita sit concedenda uel non, & sic de alijs exceptionibus iudex pronunciabit interloquendo, sub hac forma.

¶Forma sententiæ interlocutoriæ.

N. Decanus, &c. Cùm in tali caussa, quæ inter talem actorem ex una, & talem reum de & super re uel debito tali, parte ex altera in iudicio coram nobis uertitur pro parte prædicti rei oblata fuit exceptio talis, &c. uel talis dilatio petita, uel fit propositū excipiendo libello sibi per actorem oblato non eße respondendum: uel actorem ab agendo repellendum, pro eo quòd maioris eßet excōmunicationis uinculo innodatus, &c. uel nobis in hac caußa non competere iurisdictionem: pro eo quòd tempore impetrationis rescripti, ipse impetrans fuit maioris excōmunicationis sententia innodatus uel ligatus. Nos uisis & diligenter consideratis super hac parte hincinde coram nobis productis, propositis & allegatis, habito etiam consilio cum peritis, pronunciamus, decernimus, & declaramus prædictam exceptionem admittendam non eße, seu ea non obstante in caussa huiusmodi ad ulteriora procedendum fore, ac per nos, ac coram nobis procedi debere. Vel sic est legitima exceptio, dicimus & pronunciamus ipsam exceptionem eße admittendam & admittimus actorem propter excōmunicationis uinculum, ab agēdo excludendum & repellendum fore, & excludimus seu repellimus, seu non obstante prædicta exceptione, iurisdictionem & cognitionem huiusmodi non competiße neq; competere, seu libello prædicto per ipsum reum respondendum non eße, sed eundem reum ab instan

instantia iudicij fore absoluendum, & absoluimus, & ipsum actorem sibi in expensis legittimis condemnamus, taxationem nobis in posterum reseruando. Et tunc in fine interlocutoriæ, tabellio scribat isto modo: Lecta est & lata hæc interlocutoria anno tali, die tali, in præsentia ipsarum partium uel procuratorum, præsentibus testibus. A.B.C. & de istis, & de alijs interlocutoriarum formis, uide in Spe. de exceptioni. in. §. uiso. Et interlocutoria, quæ fertur inter principium caußæ, & finem non super principali: sed super incidentibus quæstionibus uel emergentibus de appel. significantibus de test. c. significauerunt. Et transit interlocutoria in rem iudicatam, quo ad partem, si ab ea infra 10. dies non fuerit appellatum, ut in. c. cùm dilectus in fi. de elec. & in. c. cùm dilecti de appel. Sed nõ quo ad iudicẽ, quoniam poßet eam reuocare etiã post 10. dies, de quo tamen dicendum est, ut plenè no. in c. cũ ceßante de appel. ubi distinguuntur tres species interlocutoriarum, quia quædam interlocutoriæ præparant uel ordinant litem, quædam uerò emergentia seu incidentia in lite decidunt, quædam aliquid restitui, uel dari uel non dari, fieri uel non fieri, uel aliquid æquipollens iubent. ¶ Additio. ¶ Nota tamen, quòd licet interlocutoria poßit reuocari per iudicem, etiã partibus inuitis tamen sententia diffinitiua semel lata, non potest ulterius per illummet iudicẽ, etiam de cõsensu partium, ut est glo. singularis. in. l. si diuersa. C. de

Tres sunt species interlocutoriarum.

§.de tract. Concludendo tamen ibi tenent doct. quòd omnis interlocutoria mutari potest ex caußa, sine caußa non, maximè post decem dies, sine uoluntate partis, pro qua est lata. Vnde si iudex sine caußa iusta interlocutoriam reuocat, poterit appellari. Formas autem diuersas reuocationis interlocutoriarum, ponit Guil. in Speculat. de excep. §. uiso, quia potest sic dicere iudex.

¶Reuocatio interlocutoriæ.

Nos talis iudex, &c. quia in caußa tali, &c. pridie super tali exceptione, per talem reum opposita, pronunciauimus, interloquendo eandē exceptionem non eße admittendam: uel contra talem sic proceßimus, &c. Habito postmodum consilio peritorum, inuenimus nos ipsi grauaße, uel indebitè contra eum proceßiße: idcirco usi consilio saniori, interlocutoriam ipsam, uel proceßum huiusmodi expreßè reuocamus, Quidam tamen iudices erubescentes, factum suum reuocare sic dicunt: nos talis iudex, &c. Si te talem in aliquo grauauimus, illud reuocamus. Sed talis reuocatio dubia est, conditionalis & incerta & non admittenda: unde appellans non obstante tali reuocatione, nihilominus insistere potest executioni suæ appellationis, si pura non sit reuocatio. Quidam etiam iudices sic dicunt: frater, si te grauauimus in aliquo, sumus parati reuocare illud

de

de consilio sapientum, & præfigimus tibi talem terminum ad comparēdum, infra quem uolumus plenius deliberare. Et dicit Guil. ubi supra, quòd hæc forma probatur ī ca. apostolicæ, de re iudi. li. 6. uer. eritq; parata, in glo. c. cum cessante de appel. dat aliam formam interlocutoriæ reuocationis, grauaminis: ut si iudex dicat, nō credo me grauasse, sed si grauaui te in aliquo, illud reuoco. Sed ista forma, quæ duo membra continet, quo ad utrunq; non est sana, quia in principio docet mentiri, quia potest esse, quòd iudex contrarium credat. Et propter tales cautelas uel doctrinas, uidendum est, quod notat Guil. in Spe. de excep. §. pe. in ulti. colum. Quo ad secundum mēbrum, est conditionalis & incerta, ut sup. dixi. Vnde Host. dat talem formam, uidelicet ut sic dicat iudex ad eum, cōtra quem lata est sententia interlocutoria. Tu dicis te grauatum per talem interlocutoriam, quod non confiteor, ego tamen reuoco tuæ satisfaciens uoluntati, ne de iure saltem conqueri possis. Et similis alia forma traditur ca. nisi specialis, de auctoritate & usu pal. Et quod dicit iudex in reuocatione, quod non confiteor, cautè dicit, quia per hoc non sequitur, quod neget se grauasse. Et aliqui iudices consueuerunt statuere terminum appellanti ad docendum de grauamine, sed ab hoc ipse appellans non tenetur, de quo in. c. si à iudice, de appel. lib. 6. ¶ Additio. ¶ Sed an reuocatio grauaminis possit fieri partibus nō uocatis. Gemi. in.

c. si

c.si à iudice de appel.li.6.tenet, quòd non, imò debet fieri partibus præsentibus, uel saltem ad hoc uocatis: aliàs posset iudex illudere appellanti, reuocando grauamen in eius absentia, & si fortè reuocauerit ignorante appellante, debebit sibi huiusmodi reuocatio intimari, quo ad hoc, ut procedere poßit iudex à quo. Et sic est finis.

¶Sequitur tertia pars de sententia diffinitiua.

¶Nunc sequitur de sententia diffinitiua, & primò quid sit sententia.

NVnc uideamus de tertia parte ordinis iudiciarij: scilicet de sentẽtia, & illis quæ eam sequuntur. Et Guil. in Spe. de sentẽtiæ prola. in princi. diffiniendo sententiam dicit, quòd sententia est iudicialis diffinitio controuersiæ finem imponens, condemnationem uel absolutionem continens. Dicitur enim sententia iudicialis diffinitio controuersiæ finem imponens, ut in. l. 1. ff. de re iudi. & debet continere cõdemnationem uel absolutionem de accu. c. illa. de hoc in ulti. glo. Vel aliquid quod tantum ualeat de uer. sig. in bis. Vtrum autem sententia diffinitiua sit de actis caussæ, ita quòd continetur inter acta: tractat Io. An. in addi. Spe. de sen. prola. in prin. & ibi ponit argumenta pro & contra. quibus omißis uidetur tenere, quòd sic. & maximè per ca. cùm æterni. de re iudi. li. 6. ubi sentẽtiæ cõcipiendæ & ferendæ ponũtur inter

Sententia.

An sit de actis.

acta & agenda caußa. Et debet ferri sententia diffinitiua, partibus præsentibus, uel altera absente per cõtumaciam, ita quòd citetur ad sententiam audiendã, de testi. c. cùm olim in fi. aliàs si feratur contra absentem non citatum, non tenet ut no. de re iudi. tenor in glo. penul. & super ea. ¶Additio. ¶An autem ualeat sententia, si fuerit lata de nocte, Panor. in. c. consulit, refert Io. An. tenere, quòd si pars excipiat & appellat, uel recedit, non ualet sententia, si uerò non excipiat, uel si excipiat, non tamen appellat neq; recedit, ualet talis sententia, licet iudex malè faciat. Sunt tamẽ multi casus, in quibus potest sententia ferri de nocte, etiam parte opponente, qui notantur in dicto ca. consuluit in auctẽn. de iudi. §. sedebunt colla. 6. Quæro an sententia non lata in termino citationis, sed sequenti uel secunda, aut tertia die parte ulterius non citata, ualeat, de hoc in ca. consuluit de officio dele. ga. & per do. in. l. cùm pro eo. C. quando prouo. nõ est necesse, & in. l. si ut proponis, codi. quomodo & quando iudex, & Bar. in. l. aut qui aliter. C. quod ui aut clam, & in. l. si finita. §. Iulius de dam. infe. Et necesse est hoc casu, quod exprimatur peremptoriè, ubi unica fit citatio, de hoc, 33. q. 3. de illicita in fi. magnæ glo. & in Spe. de citati. §. uiso, & per Io. An. in. c. cùm Bertoldus de re iudi. in. 5. glo. & de accu. ad petitionem, nisi in caußis, in quibus sine figura iudicij proceditur, ut in Cle. sæpe de uer. sig. circa fi. ibi etiã de

An ualeat si fuerit lata de nocte.

de hoc in glo. super uer. non peremptoriè. Si autem in sententia contineatur eum, contra quem lata est, fuisse citatum, an stetur sententiæ, ita quòd non sit necessaria alia probatio citationis, tractat Guil. in Spec. de sen prola. §. nunc autem uersi. & nota. Et plenius per Io. An. ibidē in addi. quia iuris subtilitate necesse est probare peremptoriè. Et si quis uellet tenere quod uictor non habeat hoc probare, uictus tamen potest probare se citatum non fuisse producēdo acta, & si inter illa non apparet citatio, habebitur pro non citato, nisi probetur contrarium. Vtrum autem præsumatur condemnatum fuisse præsentem in sententia, si aliquid non dicatur uel exprimatur in ea no. Guil. in Spe. loco proxi. allega.

¶Quæ contineri debeant in sententia.

Sententia diffinitiua debet generaliter sex continere. Primò nomen iudicis & eius qualitatem, puta an sit delegatus uel ordinarius. Secundò nomina litigatorum. Tertiò, tenorem petitionis in iudicio porrectæ. Quartò substantiam processus caussæ, puta litis contestationē, iuramēti præstationem, & similia: Quintò, quòd fiat mētio in sentētia, partes fuisse præsentes, uel per contumaciā absentes, de quo sup. Sextò, q̃ contineat condemnationē, uel absolutionē, uel aliquid æquiualēs, de quo etiā sup. tractatū est: & ita

enumerat etiam Guil. in Spe. de sen. prola. §. qualiter autem iuxta fi.

¶Forma sententiæ in actione reali.

I*N actione ergo reali potest sic declarari seu formari sententia. In nomine Domini, Amē. Officialis uel iudex, &c. Orta inter A. actorē ex una, & B. reū de & super tali fundo uel domo, parte ex altera materia quæstionis. Idem A. libellum obtulit hac forma (& ponatur totius tenor libelli in sententia. Lite igitur coram nobis legitimè contestata, & præstito à partibus uel earum procuratoribus, hincinde calūniæ iuramento factisq; & oblatis petitionibus & articulis, & ad ipsas positiones & articulos responsionibus, subsecutis testibus, & instrumentis productis, & attestationibus publicatis & oppositis, etiam contra dicta testium nōnullis exceptionibus & replicationibus factis, tandem renunciatis per partes uel procuratores partium hincinde probationibus, cum ipsis procuratoribus partium concludentibus, & concludi petentibus, in ipsa caussa conclusimus & habuimus pro concluso. Nos igitur diligēter uisis & auditis iuribus, rationibus, probationibus & allegationibus partium, cognitisq; & inuestigatis ad plenum ipsius caussæ meritis, deliberatione præhabita diligenti, & cōmunicato consilio Iurisperitorum, Christi nomine inuocato, partibus propter hoc in nostra præsentia constitutis, & sententiam fieri postulantibus, uel tali actore*

re

re, uel tali reo præsente, & sententiam fieri petente, tali reo uel actore ad hoc peremptoriè citato, contumaciter se absentante, cuius absentia Dei *præsentia suppleatur, pro tribunali sedentes, habentes præ oculis solum* Deum, *sententiando in his scriptis, pronunciamus, decernimus & declaramus prædictum fundũ ad præfatum* A. *actorem pertinuisse de iure & pertinere, præfatumq́;* B. *reum huiusmodi occupasse & detinuisse, occupare illicitè & detinere, & ipsum fundum memorato actori adiudicandũ, ac reum prædictum ad restituendum & liberè dimittendum, fundum eundem eidem actori condemnandum fore & cõpellendum, adiudicamusq́; & condemnamus ipsum reum supradicto actori in fructibus, à tempore motæ litis citra perceptis, uel à tempore occupationis uel detentionis, uel in tot modijs uel maldris frumẽti, &c. ratione fructuum perceptorum, & in expensis legitimis nihilominus condemnantes, quarum expensarũ taxationem nobis in posterum reseruamus. Vel si debeat fieri sententia pro reo absolutoria, fortè quia actor non probauit, uel reus probauit de iure suo, tunc ita formetur.*

¶Forma sententiæ pro reo.

IN *nomine* Domini, *Amen. Vsq; ibi pronunciamus, decernimus & declaramus prædictum* N. *reum, à præfati.* N. *actoris impetitionẽ absoluendum, & eidem actori super petitione sua & fundo prædicto silen-*

tium perpetuum imponendum fore, ac absoluimus & imponimus, ac nostra diffinitiua sententia mediante condemnamus eundem actorem eidem reo in legitimis expensis litis, &c. Quarum expensarum, &c. In cuius rei testimonium, &c. Declaratio sententiæ: Rubrica. Ista sententia incipit. In nomine Domini, ut 13. dist. in nomine, de testibus in nomine Domini, melius ad propositũ in capitulo ueritatis, de dolo & cõtuma. Et non scribitur siue dirigitur alicui: uidelicet partibus, uel alij, uel uniuersis, &c. quia si iudex scriberet uniuersis, &c. Noueritis q; in caussa tali pronunciamus, &c. tales literæ seu scripturæ non ualerent nec facerent fidem, quia essent potius testimoniales seu recitatoriæ præteritorum, quàm assertoriæ præsentium, ut not Guil. in Spe. de sen. prola. §. iuxta. uer. & nota, quòd quidam iudices. Nota etiam in. ca. apostolicæ de re iudi. li. 6. Itẽ in sententia fit narratio processus, ad quem effectum hoc fit no. in Spec. de sen. prola. §. restat. uer. in summa. Notatur etiam per Inno. & Hosti. in. c. cùm in iure, de offi. dele. ubi etiam notatur, quid fieri debeat, si per alium tabellionem scribatur sentẽtia: & acta per alium, fuerint scripta. Item in sententia dicitur, nos uisis auditis, & diligenter inspectis iuribus, proba. & alle. partium, & quia iudex secundum alle. & proba. coram eo debet iudicare, nõ secundum conscientiam, quam habet, ut priuatus, sed secundum conscientiam ex actis, proba-

An iudex debeat iudicare secundum allegata.

batio-

bitionibus & allegationibus informatam, 3. q. 8. iudicet, de quo de offi. dele. pastoralis, in glo. or. contra, & de offi. ordi. c. 1. ¶Additio. ¶De isto articulo, an iudex debeat iudicare secundum allegata & probata, uel secundum conscientiam, quam habet, ut priuatus tam in causa ciuili quàm in criminali, uide per Gemi. in. c. 1. de re iudi. li. 6. & de hoc uide per Feli. in. c. pastoralis. §. quia uerò de offi. dele. ubi præsupposita communi opinione, quòd iudex debeat iudicare secundum alle. & proba. limitat illam sex limitationibus ualde utilibus, ex quibus remanet tota materia clarificata. Vide etiam de ista materia in Spe. de disputa. & alleg. §. ulti. uersi. licet autem, & ibi de hoc per Ioan. An. in addi. Speculat. ubi ponit rationes quorundam Theologorum, qui tenent contrarium, & illas soluit, & quale remedium habeat iudex tunc, ibi no. quia condemnet, si potest, secundum conscientiam, si non potest, diligenter causam alteri, uel ad superiorem remittat. Item sequitur in sententia (cognitis & inuestigatis ad plenũ causæ meritis, &c. nam ferri non debet sententia, nisi liqueat de meritis causæ, de quo in. c. prout de do. & contu. cùm si. Sententia enim non est præcipitanda, ut in. l. 2. de sen. ex pe. reci. in Cle. pastoralis, de re iudi. imò cum peritis super ea ferenda consilium haberi debet, de dolo & contu. cùm olim de consue. ad nostram, de quo ibi. Et qualiter iudex deliberare

debeat, & consilium peritorum requirere, & diligenter cum peritis super negocio conferre, inspiciendo petitionem, iuxta quam sententia est ferenda seu formanda de accu. qualiter 2. de sy. licet Hely, & c. Positiones & articulos, probationes & alia acta causæ, &c. tradit Guil. in Spe. de requi. consi. & ergo dicitur in senten. deliberatione præhabita, cõmunicato consilio cum peritis, &c. Item subditur in sententia: partibus, propter hoc in nostra præsentia constitutis, & sententiam ferri postulantibus, &c. De isto ponit Guil. in Spe. rubricam specialem scilicet de peti. sen. & eius cautela, ibi de hoc. Item quãdo altera partium est absens, per contumaciam, solet dici in sententia, cuius absentia Dei præsentia suppleatur, de quo in canone de manifesta 2. q. 1. & in. c. ueritatis, de do. & contu. Item pro tribunali sedentes & habentes pre oculis Deum solum: de quo in. c. cum æterni. de re iudi. li. 6. Vnde sedẽdo debet iudex ferre sententiã, stando non ualeret, ut in. c. ulti. de re iudi. li. 6. & quæ sit ratio, no. ibi. Nec debet per gratiam uel sordes, contra iustitiam uel conscientiam iudicare, aliàs sustinebit pœnas, de quibus in. c. cum æterni supradicto. Item illis uerbis utitur iudex in sententia, pronunciamus, decernimus, &c. nõ tamen refert, an sic dicat, præcipio, statuo uel ordino, ut ca. in his de uerbo. significa. nam quamuis dicat lex, non ualere sententiam, quæ absolutionem non continet, ut in. l. præses. C. de senten. & in ter-

interlocu.om.iudi.ut tactum est suprà, solum intelligi debet, si non continet condemnationem uel absolutionem, uel æquipollens, de quo in Spec. de sen. prola. §. nunc autem. uer. & nota quòd non est uis. Nec refert etiam an sententia feratur sub uerbis primæ uel tertiæ personæ, de quo in Spec. eo. titu. §. iuxta uersi. non ualet: de quo dic ut ibi. Item dicitur in sententia sententiando, seu sententiatur in his scriptis, &c. Hoc ideo, quiā sentētia diffinitiua debet etiam de scriptis recitari & proferri, & per ipsum iudicem, & non per alium legi, aliàs nulla est, de quo in. c. ulti. de re iudi. li. 6. Non tamē est necessarium exprimi in sententia, in his scriptis, dum modò aliàs in scriptis feratur: licet aliàs sit cautum, de quo in Spe. eo. ti. §. iuxta non ualet etiam superius alle. & in dicto c. ulti. de re iudi. li. 6. Et quod sequitur in sententia, prædictum fundum ad præfatum actorem pertinuisse, &c. hoc patet declaratum circa petitionem in libello petitam & contentam, secundum quam, ut dictum est, sententia ferri debet. Item cōdemnat iudex uictum in expensis ipsius actori, quod fieri debet, ut in. l. cùm qui temerè. ff. de iudi. & in. c. calumniā de pœnis, nisi ipse uictus habuerit probabilem caußam litigandi, quæ eū excusaret, ut in prædicto ca. calumniam, notatur in ca. finem de dolo & contu. in magna glo. & super ca. Et tunc, quando iudex omittit condemnationem expensarum, debet caußam exprimere in sententia, De condemnatione expensarum.

propter quam uictum uictori in expensis non condemnauerit, ut ibi no. & probatur in auten. de iudi. §. non oportet colla. 6. Et est iste unus casus, qui in sententia exprimi debet, scilicet caussa illa. Septem alij casus notantur in. c. sicut nobis de sen. & re iudica. Feli. etiam in dicto. c. sicut nobis, addit quatuor casus, in quibus etiam est opus exprimere caußam, aliàs regulariter in sententia, non debet exprimi caussa, imò fatuum eßet exprimere, quia facile poßet mala caußa exprimi, & bona subticeri, & ita non ualeret sententia, de quo in. c. ex parte de conceßi. præben. de resti. in integ. ex literis. uersi. nos igitur. Et hoc etiam obtinet in interlocutorijs, si tamen iudex aliquas caußas exprimit, tūc post specialia submittat clausulam generalem (scilicet ex his & alijs nos mouentibus) &c. Et sic sub tali generalitate comprehendit sententiam seu decisionem, caußam iustificantem, ut no. de re iudic. abbate. lib. 6. Sententia in actione personali sic potest formari.

¶Forma sententiæ in actione personali.

IN nomine Domini, Amen. Vt in præcedēti forma, usq; ibi pronunciamus, decernimus & declaramus prædictum. N. reum, prædicto. N. actori, in debito huiusmodi eße condemnandum, & ad eius solutionem compellendum, necnon in expensis litis legittimis, eùm reum præfato actori condemnamus, taxationem expensarum huiusmodi nobis in posterum reseruantes.

tes. An autem sententia concipienda sit in persona procuratoris uel domini, no. de elec. querelã in glosa concipienda, & super ea. Sed licet multũ in hoc instãt doctores, & maximè legistæ, tamẽ non placet Io. An. legalis subtilitas in hoc casu, quia si procurator fuerit in caussa in nomine Domini, quale peccatum est, si dominus condemnatur. Vnde graue esset dicere sententiam propter hoc nullam, quod uidentur dicere legistæ, in. l. 1. C. de sen. & interlocutio. om. iu. Hostien. tamen in eo, c. querelam, motus ista subtilitate legali, ponit sententiam in caussa matrimoniali consulendo, quod iudex pronunciet isto modo, pronunciamus, decernimus & declaramus Titum fore maritum Bertæ, & procuratorem ipsius nomine ad matrimonium, de quo actum est, condemnamus, præcipiendo, ut dictus Titus deinceps eidem Bertæ adhæreat ut uxori, & eam tam in lecto quàm extra lectum, maritali affectione pertractet, pro qua forma allegat. c. ex parte. & c. ueniens de spon. Aliæ sententiarum formæ de facili possunt haberi, quia libellus bene formatus in quacunq; actione, dat formam sententiæ concipiendæ, quæ ex forma petitorum in libello procedere debet, ut alle. est suprà. Et ut suprà patet in sententia absolutoria, reus absoluitur ab impeditione actoris, & actori silentium imponitur, quòd utrunq; istorum ponendum sit in sententia, & quare, habetur in capitu. cùm ecclesia sutrina de cau. pos. & pro

Sententia in caussa matrimoniali.

Libellus dat formam sententiæ.

pro in fi. & .in.c.dudum in fi.de conuerfi. coniu. cum fimilibus, & no.in Spe.de fen.prola. §.ut autem. uer. quare autem utraq;. Et lata fententia notarius fubfcribit fententiæ annum, diem & teftes, hoc modo: Lata & lecta eft hæc fententia diffinitiua, &c.ut fuprà in fubfcriptione interlocutoriæ fententiæ. Vel fic redigatur fententia in formam publici inftrumenti, hoc modo. In quorum omnium & fingulorum teftimonium præfentes literas, feu præfens publicum inftrumentum per talem notarium publicum, & caufæ huiufmodi coram nobis fubfcribi & publicari mandauimus, noftriq; fecimus figilli appenfione muniri. Datũ & actum loco tali, quo nos ad reddendum iura pro tribunali federe confueuimus: indictione tali pontificatus, &c. talibus clericis uel laicis, ad præmiffa fpecialiter uocatis & rogatis.

¶Sequitur de appellatione.

Lata fententia diffinitiua, fi ab ea non appellet pars, contra quam eft lata infra 10. dies, tranfit in rem iudicatam facit c. quod ad confultationem de re iudi. & idem de interlocutorijs, quo ad partem: ut in.c.cùm dilecti.de ele.in fi. & etiam tactum eft fuprà. Vnde aduertendum, quòd aliter appellatur ab interlocutoria, & aliter à diffinitiua, nam cùm appellatio interponitur ab interlocutoria, uel alio grauamine, oportet quòd in fcriptis fiat, & cum expreßiõe caufæ iniuftæ feu iniquitatis interlocutoriæ, uel grauaminis.

Ab interlocutoria quomodo appelletur

uaminis. Ista duo substantificè requiruntur ad appellationem ualidam, etiam si caußa sit notoria, de quo per Io. An. in. c. cordi de appel. li. 6. in nouella: nisi quando in maioribus & reseruatis interponitur appellatio, de quo in. c. ut debitus in fi. eo. ti. Et sunt 15. quæ concurrere debent in appellatione ante sententiam ad ipsam appellationem uallandā, quæ colliguntur & enumerantur in. c. cùm dilectus de appel. & ibi per Hosti. super uerbo firmatum. Primum, quòd caußa in appellatione expreßa sit uera. Secundum, quòd exceptio opponatur. Tertium, quòd corā iudice proponatur, nisi excuset iusta caußa. Quartum, quòd appelletur. Quintum, quòd coram iudice nisi ex caußa. Sextum, quòd exceptio non admittatur, scilicet quòd expectetur repulsa exceptione. Septimum, quòd propter istam repulsionem appelletur. Octauum, quàm exceptio opposita sit legittima. Nonum, quòd grauamen illatum sit uel cōminatum. Decimum, quòd in scriptis fiat appellatio, ut sup. Vndecimum, quòd petantur apostoli. Duodecimum, quòd si petierit appellatus, ueniat appellans instructus iuxta. c. cordi de ap. lib. 6. Decimumtertium, quòd appellatio interponatur infra 10. dies, ut in. c. cordi, sup. alle. & in Specul. parte. 2. eo. ti. §. qualiter uer. in summa, & hoc in appellatione iudiciali. Sed in appellatione extraiudiciali ista omnia non nō requiruntur: quia ibi non exigitur ueritas caußæ, sed sufficit uerisimilitudo. Item nō requi-

Quæ requirantur in appellatiōe ante sententiā, scilicet ab interlocutoria seu grauamine.

De extraiudiciali appellatione.

requiritur ibi grauaminis illatio uel cōminatio, sed sufficit quod timeatur inferri in futurum. De istis & alijs differentijs, scilicet in quibus differunt appellatio iudicialis & extraiudicialis, uel etiam in quibus conueniunt, solet notari in ca. bonæ, de ap. ubi notantur tres differentiæ & tres conuenientiæ. Quando autem appellatur à diffinitiua sententia, tunc sufficit, quòd lata sententia, ille, cōtra quem fertur, si uult appellare, potest uerbo apud acta, dummodo hoc faciat incontinēti, iudice adhuc pro tribunali sedente, antequā diuertat ad alios actus: ut in. l. litigatoribus. C. eo. ti. canonizata, 2. q. 6. in fi. uer. litigatoribus no. de ap. ca. 1. li. 6. in fi. Sed si ex interuallo uidelicet, cùm iudex diuertit se post latam sententiam ad aliquos extraneos actus, uel ad prandium, &c. uelit appellare: tunc necesse est etiam appellare in scriptis, sicut ab interlocutoria: ut in. l. 2. ff. eo. ti. & C. eo. ti. l. eos. §. sin autē. Et ista est uera opinio, licet quidam exponant ilico, quod ponitur in. l. prædicta, id est, eadem die, ut no. d. c. cordi. ¶Additio. ¶Quid si appellans dicat appello, & requirat notarium, ut scribat qualiter ipse appellat, an dicatur appellare in scriptis. Baldus in addi. Spec ti. de ap. uersi. dubium fuit. §. 4. Item à diffinitiua appellatur, sine expreßione caussæ, ut ibi, & in iuribus proximè allegatis: unde sufficit appellanti dicere, appello à tali diffinitiua sentētia, tanquā iniqua, &c. de quo etiam in Spe. de ap. §. qualiter in princi.

De appellatione à diffinitiua.

Et

Et tamen ibidem diffiniendo appellationem, dicit, quòd appellatio est sententiæ, uel grauaminis relauatio per reclamationem, à minori ad maiorem iudicē facta, prætextu iniqui iudicis, grauaminis uel iniustæ sententiæ. Hostiensis etiam ponit plures diffinitiones in summa, eodem ti. §. 1. Potest ergo sic formari appellatio à grauamine uel interlocutoria iudicis, &c.

¶ Forma appellationis à grauamine vel interlocutoria.

Coram uobis Domino iudice tali, uidelicet ordinario uel delegato: & te notario ac testibus bis præsentibus. Ego talis principalis, uel talis eius procurator, procuratorio nomine talis actoris propono & dico animo appellandi, quòd licet in caussa, quæ inter talem actorem ex una, & prædictum. N. reum, de & super tali re uel debito, parte ex altera uertitur in iudicio coram uobis domino iudice prædicto, exceptionem talem opposuerit (& ponatur tenor seu saltē mens & effectus ipsius executiōis, & in appellatiōe exprimatur.) Et tūc subiūgat, si uelit eam p uos admitti: aliàs si uelit competendo eā per uos admitti, uel secundū contenta & petita in ipsa pronunciari. Vos tamen domine iudex, huiusmodi exceptione legittimè spreta & neglecta, ipsam saltem tacitè repel-

repellendo, in ipsa caussa ad talem uel talem actum exceptioni meæ contrarium processistis: uel eandem exceptionem per uos & per uestram, quam tulistis interlocutoriam, pronunciando sic uel sic, minus iustè repulistis: uel aliàs in caußa huiusmodi per talem uestram cōminationem seu actum uel præceptum tale me indebitè grauastis: unde ab interlocutoria huiusmodi iniqua & iniusta, seu à prædictæ exceptionis non admißione, uel saltem tacita repulsione: uel à tali uestra cōminatione, seu præcepto tali, tanquā grauamine in his scriptis ad talem episcopum, uel ad sanctā sedem apostolicam, & sanctißimum in Christo patrē & dominum, dominum Papam, talem prouoco & appello, & apostolos primò, secundò & tertio, & cum debita instantia mihi dari peto, subijciens prædictum N. reum cum adhærentibus suis protestationi domini Papæ talis: uel domini Papæ & sedis apostolicæ, & specialiter protestor, quòd appellationem huiusmodi poßint corrigere, emendare & innouare, & eam intimare uolo & prosequi, prout mihi uidebitur expedire. Declaratio formæ huius appellationis. Ru. Dicitur primò in forma, coram uobis: quia coram iudice & eius præsentia est appellandum, ut 2. q. 6. biduum de appella. suggestum si eius præsentia potest haberi, uel nisi iustus metus excuset: tūc debet protestari, uolens appellare iuxta formam. c. ulti. eo. ti. Et si plures sunt iudices, quorum præsentia simul haberi non potest,

test, tunc fiat secundum quod habetur in Cle. 1. eo. ti. quia tunc potest coram ipsis, uel maiori parte ipsorũ appellare, & apostoli peti poßunt separatim, ut ibi.
¶Additio. ¶Quid autem si sunt plures iudices, à quibus appellatur, quorum unus defert appellationi, alter refutat, quid faciet appellans, uide per Gemi. in. ca. cùm appellationibus de appellationibus. li. 6. Aliqui in appellationibus solent præmittere, cùm appellationis remedium ad releuationem oppressorum in iure sit inuẽtum, de ap. cum speciali. §. porro, & in. l. præfecti pretorio. ff. de mu. cum si: sed de hoc non est curandum, quia ista sunt uerba iuris, quorum non est necessaria propositio: sed uerba facti sunt proponenda, de quo in. c. si quis iustè de elect. li. 6. Item dicitur ordinario uel delegato, &c. quia debet exprimi iudicis qualitas, quæ consideranda est maximè, quãdo super appellatione impetratur de excep. dilecti no. de appel. ex insinuatione. Postea fit mentio in forma appellationis de processu caußæ, & de grauamine seu interlocutoria, & caußa iniquitatis, grauaminis seu interlocutoriæ exprimatur, quia hoc est necesse, quãdo ante sententiam appellatur, ut dictum est suprà, nam tunc non sufficit dicere, appello à tali interlocutoria, tanquã iniusta & iniqua, quod sufficit in appellatione à diffinitiua, de quo no. in ca. ulti. de no. ope. nun. Item dicitur in forma appellationis, quòd iudex non admisit exceptionem, sed ea spreta proceßit, uel

ipsam per interlocutoriam repulit, nam duobus modis iudex repellit exceptionem, uidelicet tacitè & expreßè. Tacitè, quando exceptione neglecta, iudex procedit ad ea, quæ se non compatiuntur cum exceptione proposita: ut de appel. ex parte secunda. Ber. *& co. ti. dilecto, & in* Spec. *de excep. §. 2. uer. & nota etiam per* Io. *mo. in. c. 1. de appel. li. 6. & tunc potest appellari hoc expresso in appellatione: uidelicet quòd procedat iudex exceptione non admissa.* Et *expreßè repellit, puta quando per interlocutoriã pronunciat contra excipientem.* Q*uid autem faciendum sit, quando iudex non repellit expreßè, nec etiam tacitè, puta procedendo, ut dictum est in deliberando forte, ut excipiens fatigatus laboribus, & expensis ex diuersis terminis, quos iudex ad deliberandum aßignauit, cedere liti, uel ab exceptione recedere cogatur, no. in. d. c. dilecto, de appel. quia ut dicit* Hostien. *ibi si iudex tertiò requisitus, humiliter expectato responso, tempore congruo non responderit, expresso tali grauamine poterit appellari, de quo plenius ibi.* Item *dicitur in forma appellationis, à tali interlocutoria uel tali grauamine, &c.* Po*ssunt etiam plura grauamina exprimi in appellatione, sed caueat appellãs, quòd sint legitima & uera, nam cancellaria unum solum recipit grauamen, uel unam appellationis caussam, de quo in. c. cùm caussam de appel. super quolibet tamen grauamine dat unum singulare uel speciale*

rescri-

rescriptum ad quosdam iudices, ut ibi no. & ex sola caußa in appellatione expressa, & nō ex aliqua praecedenti uel superuenienti, appellatio iustificari poterit uel impugnari, ut in Cle. appellanti. eo. ti. Item dicitur in appellatione ad talem Episcopum: uel Papā, uel alium. Et si simpliciter diceret appello, non expresso, an ad Episcopum uel Papam, uel alium, ad quē uideatur appellasse, uel si dicat appello ad maiorem, no. in ca. ut debitus de ap. & dicitur ibi quod intelligitur ad proximum appellasse, de quo etiam in Speculat. eo. ti. §. nunc tractemus. uersi. quid si quis, & uersi. se. Vtrum autem ualeat appellatio alternatiua, uidelicet sub hac forma: Appello ad Archiepiscopum uel Papam, quando ab Episcopo appellatur: uel sic appello ad Episcopum uel Archiepiscopum, cùm appellatur ab inferiori. Ab Episcopo no. de officio delega. si is cui. li. 6. in glo. penul. & super ea, & melius in quaestione posita super regula in alternatiuis, de regu. iu. lib. 6. Et dicitur in concludendo, quòd in primo casu scilicet, quando appellatur ab Episcopo ad Archiepiscopum uel Papam, tenet appellatio, dummodo appellās eligat certum tempus, infra quod debuit appellare: uidelicet infra decem dies. In secundo casu ualet appellatio, quia tunc, in quantum exprimit de Archiepiscopo: hoc est inutile: quia eo casu non potest ad Archiepiscopū appellare, Episcopo medio omisso de appellationi. dilecti. in ulti. Appellatio alternatiua an ualeat.

ſed inquantum ad epiſcopum, eſt utile, ut in regulis iuris utile, per inutile de regu. iuris, libro ſexto. Et *quomodo gradatim ſiue ſeriatim eſt appellandum, ſi tamen omittitur medius, & non opponitur exceptio, an teneat appellatio, uel hoc caſu ualeat conſuetudo uel uſus? notatur in dicto. c. dilecti.* Et *ſi unus appellantium uel litigantium appellet ad* Archiepiſcopũ, *alius ad* Papam, *quid iuris, uide in. c. ſi duobus de appellationi.* ¶ Additio. ¶ *An autem ualeat appellatio generalis & incerta, puta appello ad iudicem competentem: uide per* Panormita. *in. c. inter cætera, & ibi latius per* Philippum *de* Peruſio. Et *an à ſententia fortis ſeu fortunæ appellari poßit, uide per eundem* Philippum *in rubrica de appellationi.* Item *ſubiungitur in appellatione apoſtolos (1. 2. 3. & cum inſtantia petο) & c. de hoc 2. q. 6. poſt appellationem. §. ultimo. ad finem, & in. l. à iudicibus.* C. *eo. titu.* Sufficit tamen, ꝙ *illa petitio fiat unico contextu: ut in* Clementina, *quãuis rigor de appel.* Et *de iſtis apoſtolis infra patebit: & non eſt de ſubſtantia appellationis,* quòd *in ea petatur, dummodo petantur poſtea infra 30. dies, ut in. l. 1. ff. de appellationi. de quo in* Specu. *parte quarta de ap. §. ſequitur ad finem, & no. in alleg.* Cle. *quãuis de appellationi. in gloſa lex dicit.* Poſtea *in forma ſequitur de adhærentibus, quomodo appellans ſe & adhærentes ſibi ſubmittit protectioni eius, ad quem appellat.* De *iſtis adhærentibus habetur in. c. ut circa, de elec.*

Gradatim eſt appellandum.

elec.li.6. Diuersas formas appellationum à grauamine uel interlocutorijs ponit Guil. in Spec. parte 4. §. 1. Et ut supra tactum est, caußa debet exprimi in appellatione ante sententiam interpositam, & illa debet esse ratiōalis & uera. Vnde quilibet appellans habet probare duo, scilicet caussam appellationis eße legittimam, & ad hoc probandum non requiruntur testes uel instrumenta, sed est in arbitrio boni uiri, scilicet iudicis: uidelicet an caußa sit talis, quæ probata debeat legitima reputari, ut in. c. ut debitus de appel. Item probare debet appellans ipsam caussam appellationis fore ueram, & ad hoc requiritur probatio, ut in. c. cum speciali. eo. ti. nisi appellans obtulißet se probaturum ueritatem caußæ coram iudice, à quo aliàs non fuißet admißus, & pro tanto appellaßet, de quo dicendum est, ut in. c. interposita, eo. ti. ¶ Additio. ¶ Aduerte tamen ad hoc, quia in. c. interposita aßignantur duæ regulæ generales ad istam materiam appellationis ab interlocutoria, quarum prima est, quòd ad iustificandam appellationem non sufficit appellasse ex caußa legittima, nisi coram iudice appellationis probetur uera, & ista regula fallit in 10. casibus no. per Philip. de Perusio, in dicto c. Secūda regula, quòd eo ipso, quod coram iudice, à quo exceptio uel petitio prima facit legittima, proponitur & super illa offertur probatio, si iudex non admittat, censetur iustificata appellatio, & ista regula fallit etiam in 10. casibus

bus no. per Philip. de Perusio, in dicto. c. secunda regula, quòd eo ipso, quod coram iudice, à quo exceptio uel petitio prima facit legitima, proponitur & super illa offertur probatio, si iudex non admittat, censetur iustificata appellatio, & ista regula fallit etiam in 16. casibus notatis, per eundem Phili. in dicto. c. interposita, quos uide & perpetuò nota. Debet ergo caußa appellationis esse uera, aliàs appellatio eßet frustratoria, ut in. ca. ut debitus suprà allegato.

¶Forma appellationis à diffinitiua.

Appellatio à diffinitiua poterit sic formari, quando in scriptis ex interuallo appellatur. Coram uobis tali iudice, ego talis principalis uel talis procurator, &c. ut suprà in praecedenti forma dico & propono animo appellandi, quòd 10. diebus nondum elapsis in caussa tali, quae inter me ex una, & talem aduersarium meum parte ex altera, de & super re uel debito tali asserto, uertebatur in iudicio coram uobis, sententiã contra me, & pro aduersario meo tulistis diffinitiuã, si sentẽtia dici iure mereatur, me per eandem sententiã uestram praetẽsam eidem meo aduersario in petitione per eũ minus iustè condemnandum censuistis, uel eundẽ aduersariũ à mea impetitione absoluendo, & mihi super petitis perpetuũ silentium imponendo. Idcirco ab eadem sententia praetensa, tanquam iniqua & iniusta (ipsius nullitate semper

sal

ſalua)in his ſcriptis,ad talem appello,&c.ut ſuprà in alia forma. Vel breuiter poßet ſic dictari iſta appellatio:à tali ſententia prætenſa diffinitiua,per uos dominum iudicem in tali cauſſa contra me, & pro aduerſario meo tali lata,tanquã iniqua & iniuſta in his ſcriptis appello ad talem ſedem,&c. An autem dies latæ ſententiæ ſit inſerenda in appellatione, uel perſona aduerſarij in ea exprimenda,& quid ſi plures quis habet aduerſarios unum exprimit & alium ſubticet, & de quibuſcunq; alijs tractat Specul. parte 4. de appel.§. 1. uerſi. ſi uerò appellat: Nec de iſtis eſt curandum multum,quia notarius, qui de appellatione conficit inſtrumentum,talia debet declarare,& ſic de die latæ ſententiæ conſtabit per inſtrumentum ſententiæ, de die uerò interpoſitæ appellationis per inſtrumentũ appellationis patebit. Quando uerò appelletur ilico à ſententia uiua uoce apud acta non eſt neceße dare formam, quia per ſententiam, quæ immediatè lata eſt,& a qua incontinenti appellatur,ſatis conſtare poteſt,quis contra quem,à qua ſententia, à quo iudice,uel ad quem iudicem appellatur, licet in iſta appellatione non exprimantur. Dicat ergo ille, contra quẽ lata eſt ſententia. Ego talis à tali ſentẽtia tanq̃ iniqua,iniuſta,ad talẽ ſuperiorẽ appello. Et aliquãdo ſentẽtia cõtinet plura capi. & ĩ uno fertur pro una parte: & in alio pro alia, & ſic utraq; pars appellat pro ea, de quo i.c.Raynucius, & Raynal.de teſta.

& ulti.uo. Notarius autem sic conficiat super appellatione instrumentum appellationis. In nomine Domini, Amen. Anno tali, indictione tali Pontificatus Pij Papæ 2. Anno tali, die tali, hora tali, uel quasi in oppido tali, in domo tali, uel loco tali, coram iudice tali, in mei notarij publici subscripti, & testium subscriptorum præsentia personaliter constitutus, discretus uir talis principalis, uel eius procurator procuratorio nomine habens in manibus suis unam papiri cedulam, infrascriptam appellationem in se continentem, quam appellationem interposuit & perlegit alta, intelligibili & sonora uoce, prout in ipsa cedula continebatur, seu secundum eiusdem cedulæ appel. formam & tenorem appellauit, apostolos petijt, protestabatur, & alia fecit, sicut exprimitur in eadem. Cuius appellationis tenor de uerbo ad uerbum sequitur, & est talis, Coram &c. Qua appellatione sic interposita, & apostolis petitis à iudice supradicto, idem iudex appellationem eandem perlectam, & interpositam habuit, copiam eiusdem appellationis interpositæ ab appellante petijt, & eam sibi per eundē appellantē uel eius procuratorem traditam recepit: & talem terminum iuris ad dandum apostolos sibi, & per eum recipiendum eosdem ei pro termino aßignauit, uel infra terminum iuris se apostolos daturum promisit eidē. Super quibus omnibus & singulis, idem appellās uel ipsius procurator me notarium publicum, ut sibi unū uel

uel plura conficerem instrumenta, requisiuit. Acta sunt hæc anno, indictione, mense, die, hora & loco, quibus sup. & c. præsentibus, &c. Et appellatio semper potest interponi, siue dies feriata sit siue non. Et peti possunt apostoli, etiam extra locum iudicij: in loco tamen congruo & honesto, & hora congrua: nõ quando iudex est in balneo, uel in mensa, ut in Cle. quamuis rigor de ap. Et sufficit appellationem interponi corã iudice & scriptã offerre, licet ipsius appellationis tenor non legatur, ut in. c. appellatio. eo. ti. li. 6. Et quod dicitur in instrumento, quòd iudex assignauit certum diem ad dandum uel recipiendum apostolos, uel dicit se daturum infra terminum iuris, uel in terminum iuris, qui est 30. dierum, hoc potest iudex & in arbitrio suo, ut probat Cle. quamuis rigor, sup. al. Et isti 30. dies currunt à tempore interpositionis appellationis, & non à die sententiæ uel grauaminis, ut tamẽ ibi Genzel, & cum eo tenet Rota propter motiua & rationes, quas inducit, licet Io. An. in di. Cle. teneat, quod à die latæ sententiæ. Et nisi appellans petat apostolos infra 30. dies, uel in termino per iudicem assignato, appellationi renunciat, ut in dicta Cle. quamuis. ¶ Additio. ¶ Quid si appellans non potest habere copiam iudicis, uel non audet petere, quia iudex est seuerus, uel multum ferox, sufficit protestari coram honestis personis, ut no. Gemi. in. c. ab eo, de ap. li. 6. Et iudex tenetur illos dare appellanti &

ti & petenti, aliàs ipsius processus non ualebit, ut in Clemen. 1. & ca. ab eo. eo. titu. li. 6. Et appellās nihilominus potest prosequi appellationem suam, ut in Cle. quamuis in fi. Et ibi no. etiam in glo. an gratis dari debeant apostoli uel expensis ipsius appellantis.

¶ Quid sint Apostoli.

ET sunt apostoli, quædam literæ breuis formæ, uel uerborum, quæ scriptura non est de substantia iudicij ad quod appellatur, instruens motum iudicis, à quo & totius appellationis circunstantias breuiter comprehendens, probatur 2. q. 6. post appellationem, &c. c. forma. Et dicūtur apostoli ab apos, quod est supra, & stolon mißio, quasi mißio ad superiorē. Et debent continere quis appellat, à quo, contra quē, super quo, & ex qua caussa. Et an iste, à quo appellatur, deferat appellationi uel non, & quare hoc fiat uel non, ut notatur. in. l. unica de libel. dimis. & in. c. cordi, de appel. li. 6. No. etiam in. d. Cle. quāuis eo. ti. superius alle. & in Spe, parte. 1. eo. ti. §. penul. Et sunt plures species apostolorum: nam quidam sunt conuentiōales, ut quādo pars admittit. Alij dimißorij, quādo dimisit appellationē, siue ī iudicio, siue extra iudiciū, iudice eam refutante uel tacēte, de appel. c. sepe. & in. c. oblatæ. Alij sunt testimoniales, quia testificantur de appellatione facta coram iudice, uel alijs honestis personis. Alij sunt dilatorij, per quos apparet, quòd

Apostolorum quidam — *Cōuentiōales* — *Dimissorij.* — *Testimoniales.* — *Dilatorij.*

iudex

iudex appellationi detulit, & appellantem á sua iurisdictione exemit, & caussam, ad quem appellatum est, remittit. Alij sunt reuerentiales, ut quando propter reuerentiam superioris, appellationi defertur, ut in.l.cos.§.super his.C. de appel. Alij sunt refutatorij, per quos apparet, quòd iudex non defert appellationi, scilicet cùm appellatio est friuola & frustratoria, talibus enim appellationibus non est deferendũ á iudice, nec de æquitate iuris defertur, ut in. c. cùm appellationibus, de appel. li. 6. Vnde ut sciat cui appellationi est deferendum uel non. Sciendum, quòd quadruplex est appellatio. Est enim quædam appellatio manifestè frustratoria, ut quando appellatur in crimine notorio. Alia est latens frustratoria, ut quando in appellatione exprimitur notabilis uel rationabilis caussa, sed est falsa. Et est latens probabilis, ut quãdo exprimitur in ea caussa iusta, sed á iure non expressa. Et postremo alia manifesta, probabilis, ut quando exprimitur caussa iusta á iure expressa, manifestè notoria, ut lite non contesta. c. 2. & sic attenditur etiam qualitas appellationis, attenditur etiam qualitas iudicis: uidelicet an sit delegatus cum clausula (appellatione remota) uel sine tali clausula si ordinarius. Prima appellatio repellitur á iure, & á iudice quocunque. Secundá repellitur á iure, sed á iudice admittitur, quousque constet de falsitate caussæ. Tertia admittitur á iure & á iudi-

Reuerentiales.

Refutatorij.

Appellatio quadruplex.

Frustratoria.

Latens.

à iudice, nisi sit datus cum clausula (appellatiōe remota) iste non tenetur deferre appellationi. Quarta admittitur à iure, à iudice, & ita post pœ. & abba. no. Io. An. in.ca.pasto.de appel. Et quandoq; iudex assignat appellanti terminum in datione apostolorum, ad appellationis suæ prosecutionem, ut in ca. cùm sit Romana, de appel.cum concor. Vtrum autem istius termini assignatio habeat uim dilationis, solet notari in ca.allega.de appella.plenius in c.cum appellationibus, eo.ti.li.6. Et dicitur ibi, quòd non, quia ista ponūtur ibi ut diuersa. Si uerò dicit notarius, quòd iudex benignè recepit appellationem, an intelligitur delata, no. in Spec.de appella.§.nunc dicamus in fi. Et dicit ibi Guil.quòd non uidebitur iudex detulisse. Sed quid si iudex simpliciter dat apostolos non exprimēdo, an deferat uel non? dicit Ab.quod deferre uidetur. Ita no.ipse in capitu.dilecto de appellati. Item si dat acta pro apostolis, quia tunc detulisse intelligitur, ita decisum est in Rota. An autem postquā iudex detulit appellationi, potest dilationem ipsam reuocare, uide de ap.constitutus 2.de accu.meminimus de ap. cum appellationibus, li.6. Et tenent doc.quòd non posset etiā re integra manente, licet Io. tenet contrarium, per duas rationes. Prima, quia interlocutoriam potest reuocare, igitur & dilationem. Secunda, quia appellans potest reuocare appellationem, igitur pari ratione iudex delationem, sed istæ rationes non ligant, ut ibi

no.

no. Et quando iudex detulit appellationi, an post delationem potest statuere terminum appellanti. no. etiam in alle. c. cum appellationibus per Bern. in. c. 2. de ma. contrac. contra interdic. & in glo. 4. & tenetur quòd sic. & probat Io. An. in. d. c. cum appellationibus in nouel. per plures ratiões, ut ibi patet. Et est aduertendũ, quòd aliquando iudex defert appellationi, aliquando pars appellata, sed ob reuerentiam iudicialem iudex dicitur appellationem recipere, pars uerò dicitur illa approbare, ut no. de ap. c. interposita. In potestate ergo utriusq;, scilicet iudicis & appellatæ est, approbare appellationem. Vnde appellata etiam iudice inuito potest approbare, & etiam econtrà iudex potest eam admittere, quamuis displiceat parti, & sic in hoc æquiparantur iudex & appellata, sed iudex & appellans æquiparantur in uno, uidelicet in termino assignando, ut in. c. personas. & in. c. oblatæ de ap. Sed in potestate solius appellantis est, an appellet uel nõ, & sub qua forma, caueat tamen ille ne erret, ut in. c. 1. eo. ti. li. 6. In potestate & arbitrio solius appellatoris est, an uelit principale negocium tractari in curia uel non, ut. in. c. cordi, sup. alle. Effectus delationis est, quòd per eam abdicatur iurisdictio iudicis, à quo & in superiorem, ad quem transfertur, ut in. c. cùm appellationibus sæpe alle. ¶ Additio. ¶ Quid si iudex deferat appellationi. & postea uult reuocare dilationem re integra, an possit, Gemi. in. c. cum appellationi-

lationibus de appel.li.6.tenet, quòd non quod probatur per textum, in.d.c.cum appellationibus, quia deferendo abdicauit à se iurisdictionem, ideo reuocare non potest, cùm reuocatio sit iurisdictionis, ut no.in. c.si à iudice, de ap.li.6.& in.c.quãuis de offi. dele. & pro hac decisione facit id, quod no. per do.de Rota, decisione 355.incipiente utrum si appelletur, & c.ubi dicunt, quòd iudex appellationis, qui pronunciauit malè appellatum, & bene processum remittendo caussam ad primũ iudicẽ, non potest reuocare suam pronunciationẽ, licet ab illa fuerit appellatũ, quia pronũciatione facta desijt esse iudex.l.iudex.ff.de re iudi.c. in literis de offi.dele. Effectus uerò termini assignationis est, quòd si in termino appel.non prosequitur appellationem suam, inducitur renunciatio & desertio appellationis, & actus à quo emissa est appellatio, manet ratus, ut in.c.cùm sit, & in.c. cùm reprehẽsibilis, & in capitulo sæpe, de appel. Et terminus iste homini statuitur uel additur ad arripiendũ iter, uel ad repræsentandum se superiori, ad quem est appellatum, de quo in.c.personas in glo.1. & super ea. Istius tamen termini diuersi insurgunt & causantur effectus, secundum quod in ipsius assignatione aliqua concurrunt uel non: nam aliquando appellatio solum recipitur à iudice, ita quòd cum assignatione termini concurrit delatio iudicis, aliquando solum appellatur à parte, aliquãdo concurrit utrũq;, qa recipitur à iudi-

te, & à parte approbatur, aliquando neutrum fit, quia nec recipitur, nec approbatur, si ergo appellatio recipitur à iudice, uel etiam approbatur à parte, tũc terminus hominis habet uim peremptoriè, ita quòd non uenientem constituit contumacem, sic quòd in articulo appellationis contra eum, ut contra contumacem procedi potest, & tenetur mittere procuratorem sufficientem, saltem ad articulum appellationis expediẽdum, ut in. c. sæpe. & in. c. Nicolao de ap. Idẽ & fortius, ubi utrunq; concurrit, scilicet receptio iudicis & approbatio partis. Sed ubi neutrum interuenit, quia nec recipitur à iudice, nec approbatur à parte, tunc sufficit mittere procuratorem ad impetrandum & cõtradicendum tãtũ, nec proceditur in articulo appellationis contra absentem, ut no. in dicto. c. Nicolao, licet glo. ibi uidetur tenere contrarium. Si autem recipitur & approbatur appellatio, & cum hoc petat appellans, quòd ueniat appellatus instructus, tunc debet mittere procuratorem instructum sufficienter, nedum ad articulum appellationis, sed etiã ad caussam principalem, ut in. c. cordi, de ap. li. 6.

¶Forma apostolorum dimissoriorum.

Forma apostolorum, qui dimißorij uocantur, est talis. Sanctißimo in Christo patri & domino, domino N. diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ & uniuersalis Ecclesiæ summo Pontifici. Talis

Epi-

episcopus uel officialis eius deuotus, fidelis ac obediens, post deuota pedũ oscula beatorũ. Nouerit sanctitas uestra, quòd cũ in caussa, quæ inter A. ex una parte, & B. ex altera parte, de & super re, uel deposito tali, uel de & super domo uel fundo tali, coram me in iudicio uertebatur, sententiam pro prædicto. A. & contra. A. præfatum tuli diffinitiuam uel interlocutoriam, sic uel sic pronunciando super exceptione tali, &c. Et quia ab huiusmodi sententia diffinitiua uel interlocutoria idem. B. ad sanctitatem uestram, & sanctam sedem apostolicam appellauit, idcirco ipsum. B. appellantem à meo iudicio dimitto, & ad eiusdem scilicet examen his literis dirigo, sibi literas huiusmodi, sigillo meo sigillatas concedens, in testimoniũ præmissorum. Datum &c. Et hoc cùm appellatum est ad Papam, si uerò appellatum est ad inferiorem, puta ad Episcopum uel Archiepiscopum, scribatur sub eadem forma, uerbis competentibus, mutatis, dicendo: Reuerendo uel Reuerendissimo, &c. Aliqui uerò non dirigunt superiori, sed scribunt uniuersis. Aliqui breuiter expediendo, dicunt ad appellantem uerbo uel in scedula nuda scribũt in hæc uerba uel similia. Quia tu à me appellasti à tali sententia mea diffinitiua uel interlocutoria, ideo ab obseruatione mei iudicij his apostolis te remitto, & ad eius examen, ad quem appellasti, dirigo. Et si uoluerit sibi statuere terminum, sit ille trium uel quatuor mensium spacium, uel diem talem

lem statuo pro termino ad iter arripiendum pro appellationis tuæ prosecutione facienda, uel ad præsentandum te conspectui sedis apostolicæ uel alterius superioris, ad quem appellasti.

¶Forma apostolorum reuerentialium.

FOrma apostolorum reuerentialium potest esse talis. Sanctißimo uel reuerendißimo, &c. ut sup. Talis actor uel talis reus ĩ tali caußa, quæ inter ipsum ex una, & talem parte ex altera, de & super tali re, uel eius occasione, in iudicio corã me uertebatur à sententia diffinitiua uel interlocutoria, &c. ad sanctitatẽ uel reuerentiam uestram appellauit, & quãuis appellatio sua mihi friuola uidebatur, tamen ob reuerentiã uestram, eidem suæ defero appellationi: statuendo sibi terminum, &c.

¶Forma apostolorum refutatoriorum, quando est appellatum ab interlocutoria.

SAnctißimo uel Reuerendißimo, ut suprà. Nouerit sanctitas uel reuerentia uestra, quòd talis à me in tali caußa, quæ coram me inter ipsum & talem super re tali uertebatur, ad sanctitatem uestram uel reuerentiam appellauit, &c. Et quia huiusmodi appellatio est friuola ex tali caußa, ideo cùm huiusmodi appellationibus nec ius deferat, nec sit per iudicem deferendum

dum, nec ego defero: hos apostolos refutatorios sibi tradidi atq; trado. In quorum testimonium, &c. ut suprà. Et ponitur ista forma de interlocutoria, quia quando à diffinitiua appellatur, tunc necesse est deferre, quia ius defert de iureiu. uenientes l. de ap. non solum li. 6. Iudices modernis temporibus raro tales literas dirigunt ad superiorem, sed faciliter se de his apostolis expedientes, dicunt uerbo ad appellantem uel eius procuratorem, sub hac forma. Appellationi tuæ ob reuerentiam sedis Apostolicæ, uel talis superioris, ad quem appellatum est, deferimus seu defero, & talem tibi terminum præfigo ad appellationem tuam prosequendam. Vel quia appellatio tua nobis uidetur friuola, ideo ei non deferimus hanc responsionē tibi pro apostolis refutatorijs concedentes. Et hæc faciunt iudices sibi per notarium loco apostolorum scribi, & scribit notarius, si uult appellationem, apostolorum dationem in eadem charta, seu in uno & eodē instrumento ponendo in fi. instrumenti appellationē, de quo suprà. Item anno, indictione Pontificatus, quibus suprà, die tali, mense tali, loco tali coram iudice prædicto, ac mei notarij publici, & testium infra scriptorum præsentia personaliter constitutus. N. appellans, uel talis eius procurator, apostolos per dictum dominum iudicem, super appellatione sua prædicta, cum instantia humiliter sibi dari postulauit, cui ipse iudex sibi dando apostolos, in hæc uerba

respon

respondit, uel schedulam scriptam tradidit, & in ea contenta pro apostolis sibi dedit, cuius tenor talis est. Et scribat tenorem seu formam apostolorum, & subiungat postea, super quibus omnibus & singulis, ut suprà in instrumento appellationis. Si autem iudex terminum datum ad dandum & recipiendum aposto los prorogat ad alium diem, an tunc iteratò appellans tenetur comparere, seu apostolos petere. Vel si respõ dit iudex apostolos se daturum certo termino non præfixo, quid iuris? legitur & notatur in Clementi na, quamuis rigor superius alle. Et ita sunt ista expedita, quæ sequuntur sententiam, quando ab ea appellatur, quia tunc sententiam non debet exe qui, cùm per appellationem sit suspensa, ut in di cto. c. uenientes, de iureiuran. imò quicquid post sententiam etiam ante appellationem per iudicem uel aduersarium fit, totum reuocabitur per mo dum attentati, de quo plenius in. c. non. solum su pra allega. Si uerò à sententia non fuerit appel latum, & sic transit in rem iudicatam, tunc ipsa sententia debet exequi, aliàs parum prodesset sen tentias dare, nisi mandarentur executioni, ut de re iudica. c. cum aliquibus. Aduertendum est tamen, quòd sunt quædam sententiæ, quæ nunquam transeunt in rem iudicatam, ut sunt sententiæ, quarum obseruantia induceret periculum animæ, de re iudica. c. tenor & ca. consanguinei, de frigi. &

maleficia, capitulo fraternitatis, cum si. ¶Additio. ¶Nota tamen, quòd in omnibus casibus, in quibus sententia non transit in rem iudicatam, tamen tali sententiæ standum est, donec contrarium ostendatur. Ita tenet Io. An. & Panor. in.c. tenor, de re iudicatã. Quædam sunt quæ statim transeunt in rem iudicatam: ut est sententia excõmunicationis, de ap.c. pastoralis, de senten. excõmuni. per tuas. Quæ tamẽ propriè non est sententia, & hoc uerũ, quia statim trãsit in rem iudicatam, quo ad priuatam utilitatem: sed quo ad publicam utilitatem tangentem periculum animarum, nunquã transit arti.c.pia, de exce.li.6. Nam semper auditur conquerens de iniusta excõmunicatione de offi. dele. cùm contingat, & .c. excõmunicato de rescri. Sunt & quidam casus, in quibus diffinitiua sententia statim transit in rem iudicatam, quæ no. de re iudi. super rubrica. Quædam sententiæ tenent medium: quia transeunt in rem iudicatam, non statim, sed post 10. dies: & illud regulariter obtinet in sententijs, ubi extrema sunt causalia: ut notatur de re iudi. super rubrica, in ca. consanguinei, eo.ti. & hoc, quando sententia tenet, licet sit iniusta, secus tamen si esset nulla, quia tunc non transit. de re iudi. ca.1. Et modos nullitatis ponit Guillelmus in speculo, de sententiæ prolatĩ.§. iuxta propositum. Et dicitur sententia nulla, ut sequitur, quia lata est contra ius constitutionis, nulla uerò non transit in rem iudicatam, iniusta, sic ut dictũ est.

Quæ sentẽtia dicatur nulla.

est. Et solet sic distingui: quandoq; sententia est nulla, nec seruatur: ut si contra ius constitutionis est lata expreßè, quandoq; est nulla, sed seruatur donec de nullitate cõstet: ut si est lata per falsos testes, uel falsa instrumenta: quia illa non est nulla in ueritate, sed est aliqua in opinione, de quo de exceptionibus, cùm uenerabilis. Quãdoq; nulla est, & transit in rem iudicatam post 20. annos, ut ibi no. de quo per Hostien. in. c. cùm Bertoldus. Sententia ergo, quæ transit in rem iudicatam, in actione personali, mandabitur executioni post tempus quadrimestre, quia illud tempus cõdemnatis in actione personali, conceditur à iure, ut in. c. conquerenti de offi. del. Potest tamen huiusmodi tempus artari uel prolongari per iudicem ex caussa, sine caußa autẽ non potest, aliàs si artauerit sine caussa, suppletur à lege, ut ibi no. in Spe. de sen. executi. §. uidendum in princi. Et si fiat executio in huiusmodi actione personali, isto modo uel ordine: quia præcipietur reo, quòd pecuniam, in qua est condemnatus, actori suo soluat. Et an ipse condemnatus ad ipsius pecuniæ solutionem, præcisè cogi debeat, actore instante & petente tractat Io. An. in addi. Specu. quod Guil. in ista quæstione tenuit condemnatum: si habeat pecuniam ad illud teneri, si uerò non habeat uictus in pecunia, unde satisfaciat, executio fiat in rebus suis, & primò in mobilibus, sic quòd capiantur mobilia, si quæ poßidet, si mobilia non habet, recurritur ad im-

mobilia: si neq; immobilia poßidet, peruenitur ad nomina siue iura, scilicet ad ipsius condemnati, nominati debitores, sic tamen, quòd nomina debitorum, debita confitentium & non negantium sub pignore capientur, de quo in Spe. de sen. execu. §. sequitur uidere. ¶Additio. ¶Nota tamen, quòd quando executio uenit fienda super bonis alicuius, & sunt aliqua bona, quæ sunt in controuersia, non est fienda super illis executio, si reperiantur alia bona, quæ non sint in cōtrouersia, ita tenet Bal. in addi. Spe. ti. de executione sententiæ. uer. executione. In actione reali statim executio fit, postquã sententia transijt in rem iudicatam: unde si actum est ad fundum, uel ad domum mittendus est actor, in possessionem eiusdem rei, de re iudi. c. cùm Bertoldus in fi. nec tunc sufficit dare pignora, sed requiritur corporalis traditio possessionis: ut in. c. cum aliquibus de re iudi. Et quomodo iudex mandat executori suo, quòd eandem rem actori adiudicatam persoluat, seu eius rei ueram & corporalem possessionem det actori. Guillelmus ponit in Spec. de senten. execu. in. d. §. sequitur. Et huiusmodi præceptum scribi debet in actis per notarium, isto modo. Talis iudex curiæ talis, exequendo sententiam diffinitiuam, in caussa tali per eum datam, uel per talem iudicem inferiorem, uel ipsius delegatum latam, manu talis notarij scriptam uel subscriptam, ac ipsius iudicis sigillo, & prædicti notarij signo

sigil

sigillatam & signatam, praecepit & iniunxit tali executori seu cursori, siue nuncio, quòd rem talem tali actori per praedictam sententiam iudicatam, ac eius possessionem corporalem det & aßignet eidem actori praedictum reum amouendo ab eadem. Acta sunt, &c. Vel fit praeceptum per literas iudicis dirigendas executori, & tunc potest scribi sub hac forma.

¶Mandatum iudicis factum executori ad exequendum sententiam.

Talis iudex tali rectori diuinorum, &c. Salutem in Domino. Pridem acta inter talem actorem ex una, & talem reum de & super re tali, fundo uel domo, & eius occasione parte ex altera, materia quaestionis, & caussa huiusmodi intentata & introducta in iudicio coram nobis in caussa eadem, iure & iudiciario ordine obseruato procedentes, sententiam tulimus diffinitiuam, praedicto actori rem petitam per eum adiudicando, ac praefatum reum ad traditionem seu restitutionem rei eiusdem, & in expensis litis condemnando, prout in senteutia nostra plenius continetur. Verùm quia parum prodest sententiam ferre, nisi executioni demandetur, idcirco pro parte memorati actoris humiliter requisiti, ad praedictae sententiae executionem duximus procedendum. Vobis ergo in uirtute sanctae obedientiae, firmiter & districtè praecipiendo mandamus, quatenus

præfatum.N.actorem in corporalem & realem, prædictæ rei, ut præfertur, adiudicatæ possessionem inducatis, ac ipsam rem & eius possessionem tradatis & assignetis: supradictum reum eiusdem rei detentorem abinde romouendo, monentes eundem.N.reum, quem nos peremptoriè per præsentes monemus: ut infra sex dierum spacium, à notificatione sibi facta computando, quorum duos pro primo &c. ab eiusdem rei detentione & occupatione desistens, eam præfato actori uacuam & liberam tradat, & ad ipsius corporalem & pacificam possessionem admittat: sibiq; summam 20. florenorum seu librarum, denariorum talium pro expensis per eum in lite prædicta factis, coram nobis restituat & persoluat, & aliàs prædictæ nostræ sententiæ humiliter pareat & intendat, alioquin contra ipsum per censuram ecclesiasticam, & alia iuris auxilia, prout de iure poterimus, procedemus dicta nostra executione, ut suprà in formis aliorum mandatorum. Et *si executio illius præcepti iudicis fit per cursorem seu nuncium, habebit referre iudici diem & formam executionis.* Et *quicquid factum est per eum, & isto modo executio scribitur in actis.*N.*talis curiæ cursor nuncius, sed executor retulit se de mandato iudicis in uim executionis sententiæ talis, in tali caussa latæ, die tali & cætera dedisse & assignasse talem corporalem possessionem talis fundi, eidē uictori per eandem sententiam adiudicati, quem talis deuictus*

ctus tenuit & occupauit. Vtrum autem delegatus ordinarij poßet exequi sententiam suam, no. in c. si quis contra, de foro compe. uel hoc poßint minores iudices, no. in c. cùm ab ecclesiarum, de offi. ordi. cum remißi. Et quia sunt opiniones, potest dici, quòd delegatus ordinarij, & alij minores iudices hoc poßunt per censuram ecclesiasticam, quæ est simplicis iurisdictionis, & non per traditionem poßeßionis, quæ est mixti imperij. Et delegatus principis exequitur sententiam suam infra annum, post annum totaliter expirat sua potestas, ita etiam, quòd excommunicatum per eũ infra annum, anno elapso non absoluit: ut legitur & no. de offi. deleg. quærenti. Iudices tamẽ indifferenter exequuntur sentẽtias suas per excõmunicationem, & per mißionem. Ex quibus autem caußis, uel per quas exceptiones impediri potest executio sententiæ plenæ, no. in c. de cætero de re iu. & in Spe. de sen. execu. §. ulti. Sed quo iure petatur executio, no. in eo. ti. §. breuiter. Et dicit ibi Guil. quòd uictor habet duo auxilia, per quæ consequitur executionem, scilicet officium iudicis, & actionem iudicati, non autem per actionem in factum, & in hoc dicit errare multos aduocatos. Et summariè proceditur sine datione libelli & litis contestatione, de quo dicendum, ut ibi. Licet autem sententia transierit in rem iudicatam, & sic facienda est ipsius executio, ut dictum est. Victus tamen quandoq; releuatur remedio supplicationis, ut in.

c.ex literis, de resti. in inte. de quo in Spe. de supplica. per totum, uel beneficio restitutionis in integrum: ut eo. ti. per totum. ¶Additio. ¶Vnum tamen nota, quòd licet appellatione pendente impediatur executio, tamen pendente supplicatione uel petitione restitutionis in integrum, non impeditur executio, sed non potest fieri secundum modum traditum in autentica, quæ supplicatio. C. de precibus Imperatori offeren. & in. c. suscitata, de resti. in integrum. Et tunc ex quo sic impetratur principaliter, proceditur in caussa restitutionis, ordine iuris obseruato, ut de offi. iudi. c. 2. & ista caussa tunc finiri debet & expediri infra quadriennium, ut in Cle. unica, de restitu. in integ. Et libellos in materia restitutionis in integrum, ponit Guil in Spe. tempore quarto, de resti. in integrum. Sed quia raro hæc in partibus istis pertractantur, igitur illa obmitto.

¶De absolutione à sententia excommunicationis.

SEd ut dictum est, aliquando reus, non parens sententiæ excommunicatur, aliquando per contumaciam, quia citatus non comparet, ut uisum est suprà in principio processus. Et quia uolens pàrere, & absolutionem petẽs, debet absolui, ut in. c. cũ cõtingat de offi. dele. ideo ut habeãtur formæ absolutionũ. Sciendũ est quòd si quis est excõmunicatus pro contumacia,

si

si uult parere iuri, absoluendus est sub forma iuris, si offerat cautionem de parendo iuri, & soluendo expẽsas ratione suæ cõtumaciæ per aduersarium factas, de ap.c.qua fronte de iudi.c.1.& 2. Et hoc si sententia est iusta, quia si est iniusta, debet absolui sine difficultate, ut de rescrip.ca.ab excommunicato cum concordantijs. Et intelligendum etiam est, quando excommunicatus est pro contumacia uel offensa dubia.

¶Additio. ¶Vtrum autem huiusmodi cautio debeat esse cum pignoribus uel fideiussoribus, uel an sufficiat cautio nuda, uide per Panor.in.c.ex parte de uerborũ significa. Nam si quis excõmunicatus est pro manifesta contumacia uel offensa notoria, non absoluitur, nisi satisfactione præmissa, ut in.c. ex parte de uerbo. signi. quo ad manifestam offensam, de manifesta contumacia probatur in.c.uenerabilis. §. secus de senten. excom.libro sexto.

¶Forma absolutionis sub forma iuris.

ET forma absolutionis, sub forma iuris potest esse ista. N. talis iudex tali actori uel plebano. Salutem in Domino. Quia talis excõmunicatus à nobis pro contumacia, ad instantiam talis paratum se offert stare iuri coram nobis, unde ipsum ab huiusmodi sentẽtia excõmunicationis absoluimus ĩ Dei noĩe, in his scriptis, & talẽ diẽ, ĩ quo prædicto actori satisfaciat & iuri pa

lationibus de appel.li.6.tenet, quòd non quod probatur per textum, in.d.c.cum appellationibus, quia deferendo abdicauit à se iurisdictionem, ideo reuocare non potest, cùm reuocatio sit iurisdictionis, ut no.in.c.si à iudice, de ap.li.6.& in.c.quāuis de offi. dele. & pro hac decisione facit id, quod no. per do.de Rota, decisione 355.incipiente utrum si appelletur, & c.ubi dicunt, quòd iudex appellationis, qui pronunciauit malè appellatum, & bene processum remittendo caussam ad primū iudicē, non potest reuocare suam pronunciationē, licet ab illa fuerit appellatū, quia pronūciatione facta desijt eße iudex.l.iudex.ff.de re iudi.c. in literis de offi.dele. Effectus *uerò termini aßignationis est, quòd si in termino appel.non prosequitur appellationem suam, inducitur renunciatio & desertio appellationis, & actus à quo emißa est appellatio, manet ratus, ut in.c.cùm sit, & in.c. cùm reprehēsibilis, & in capitulo sæpe, de appel.* Et *terminus iste homini statuitur uel additur ad arripiendū iter, uel ad repræsentandum se superiori, ad quem est appellatum, de quo in.c.personas in glo.1. & super ea.* Istius *tamen termini diuersi insurgunt & causantur effectus, secundum quod in ipsius aßignatione aliqua concurrunt uel non: nam aliquando appellatio solum recipitur à iudice, ita quòd cum aßignatione termini concurrit delatio iudicis, aliquando solum appellatur à parte, aliquādo concurrit utrūq;, qa recipitur à iudi*

ce

te, & à parte approbatur, aliquando neutrum fit, quia nec recipitur, nec approbatur, si ergo appellatio recipitur à iudice, uel etiam approbatur à parte, tũc terminus hominis habet uim peremptoriè, ita quòd non uenientem constituit contumacem, sic quòd in articulo appellationis contra eum, ut contra contumacem procedi potest, & tenetur mittere procuratorem sufficientem, saltem ad articulum appellationis expediẽdum, ut in. c. sæpe. & in. c. Nicolao de ap. Idẽ & fortius, ubi utrunq; concurrit, scilicet receptio iudicis & approbatio partis. Sed ubi neutrum interuenit, quia nec recipitur à iudice, nec approbatur à parte, tunc sufficit mittere procuratorem ad impetrandum & cõtradicendum tãtũ, nec proceditur in articulo appellationis contra absentem, ut no. in dicto. c. Nicolao, licet glo. ibi uidetur tenere contrarium. Si autem recipitur & approbatur appellatio, & cum hoc petat appellans, quòd ueniat appellatus instructus, tunc debet mittere procuratorem instructum sufficienter, nedum ad articulum appellationis, sed etiã ad caussam principalem, ut in. c. cordi, de ap. li. 6.

¶Forma apostolorum dimissoriorum.

FOrma apostolorum, qui dimißorij uocantur, est talis. Sanctißimo in Christo patri & domino, domino N. diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ & uniuersalis Ecclesiæ summo Pontifici. Talis

Epis

episcopus uel officialis eius deuotus, fidelis ac obediens, post deuota pedũ oscula beatorũ. Nouerit sanctitas uestra, quòd cũ in caussa, quæ inter A. ex una parte, & B. ex altera parte, de & super re, uel deposito tali, uel de & super domo uel fundo tali, coram me in iudicio uertebatur, sententiam pro prædicto. A. & contra. A. præfatum tuli diffinitiuam uel interlocutoriam, sic uel sic pronunciando super exceptione tali, &c. Et quia ab huiusmodi sententia diffinitiua uel interlocutoria idem. B. ad sanctitatem uestram, & sanctam sedem apostolicam appellauit, idcirco ipsum. B. appellantem à meo iudicio dimitto, & ad eiusdem scilicet examen his literis dirigo, sibi literas huiusmodi, sigillo meo sigillatas concedens, in testimoniũ præmissorum. Datum &c. Et hoc cùm appellatum est ad Papam, si uerò appellatum est ad inferiorem, puta ad Episcopum uel Archiepiscopum, scribatur sub eadem forma, uerbis competentibus, mutatis, dicendo: Reuerendo uel Reuerendissimo, &c. Aliqui uerò non dirigunt superiori, sed scribunt uniuersis. Aliqui breuiter expediendo, dicunt ad appellantem uerbo uel in scedula nuda scribũt in hæc uerba uel similia. Quia tu à me appellasti à tali sententia mea diffinitiua uel interlocutoria, ideo ab obseruatione mei iudicij his apostolis te remitto, & ad eius examen, ad quem appellasti, dirigo. Et si uoluerit sibi statuere terminum, sit ille trium uel quatuor mensium spacium, uel diem talem

lem statuo pro termino ad iter arripiendum pro appellationis tuæ prosecutione facienda, uel ad præsentandum te conspectui sedis apostolicæ uel alterius superioris, ad quem appellasti.

¶Forma apostolorum reuerentialium.

FOrma apostolorum reuerentialium potest esse talis. Sanctißimo uel reuerendißimo, &c. ut sup. Talis actor uel talis reus ĩ tali causa, quæ inter ipsum ex una, & talem parte ex altera, de & super tali re, uel eius occasione, in iudicio corã me uertebatur à sententia diffinitiua uel interlocutoria, &c. ad sanctitatẽ uel reuerentiam uestram appellauit, & quãuis appellatio sua mihi friuola uidebatur, tamen ob reuerentiã uestram, eidem suæ defero appellationi: statuendo sibi terminum, &c.

¶Forma apostolorum refutatoriorum, quando est appellatum ab interlocutoria.

SAnctißimo uel Reuerendißimo, ut suprà. Nouerit sanctitas uel reuerentia uestra, quòd talis à me in tali causa, quæ coram me inter ipsum & talem super re tali uertebatur, ad sanctitatem uestram uel reuerentiam appellauit, &c. Et quia huiusmodi appellatio est friuola ex tali causa, ideo cùm huiusmodi appellationibus nec ius deferat, nec sit per iudicem deferen

respondit, uel schedulam scriptam tradidit, & in ea contenta pro apostolis sibi dedit, cuius tenor talis est. Et *scribat tenorem seu formam apostolorum, & subiungat postea, super quibus omnibus & singulis, ut suprà in instrumento appellationis.* Si *autem iudex terminum datum ad dandum & recipiendum aposto los prorogat ad alium diem, an tunc iteratò appellans tenetur comparere, seu apostolos petere.* Vel *si respõdit iudex apostolos se daturum certo termino non præfixo, quid iuris? legitur & notatur in* Clementi*na, quamuis rigor superius alle.* Et *ita sunt ista expedita, quæ sequuntur sententiam, quando ab ea appellatur, quia tunc sententiam non debet exequi, cùm per appellationem sit suspensa, ut in dicto. c. uenientes, de iureiuran. imò quicquid post sententiam etiam ante appellationem per iudicem uel aduersarium fit, totum reuocabitur per modum attentati, de quo plenius in. c. non solum supra allega.* Si *uerò à sententia non fuerit appellatum, & sic transit in rem iudicatam, tunc ipsa sententia debet exequi, aliàs parum prodesset sen tentias dare, nisi mandarentur executioni, ut de re iudica. c. cum aliquibus.* Aduertendum *est tamen, quòd sunt quædam sententiæ, quæ nunquam transeunt in rem iudicatam, ut sunt sententiæ, quarum obseruantia induceret periculum animæ, de re iudica. c. tenor & ca. consanguinei, de frigi. &*

maleficia, capitulo fraternitatis, cum si. ¶Additio. ¶Nota tamen, quòd in omnibus casibus, in quibus sententia non transit in rem iudicatam, tamen tali sententiæ standum est, donec contrarium ostendatur. Ita tenet Io. An. & Panor. in. c. tenor, de re iudicatâ. Quædam sunt quæ statim transeunt in rem iudicatam: ut est sententia excōmunicationis, de ap. c. pastoralis, de senten. excōmuni. per tuas. Quæ tamē propriè non est sententia, & hoc uerū, quia statim trāsit in rem iudicatam, quo ad priuatam utilitatem: sed quo ad publicam utilitatem tangentem periculum animarum, nunquā transit arti. c. pia, de exce. li. 6. Nam semper auditur conquerens de iniusta excōmunicatione de offi. dele. cùm contingat, & c. excōmunicato de rescri. Sunt & quidam casus, in quibus diffinitiua sententia statim transit in rem iudicatam, quæ no. de re iudi. super rubrica. Quædam sententiæ tenent medium: quia transeunt in rem iudicatam, non statim, sed post 10. dies: & illud regulariter obtinet in sententijs, ubi extrema sunt causalia: ut notatur de re iudi. super rubrica, in ca. consanguinei, eo. ti. & hoc, quando sententia tenet, licet sit iniusta, secus tamen si esset nulla, quia tunc non transit. de re iudi. ta. 1. Et modos nullitatis ponit Guillelmus in speculo, de sententiæ prolati. §. iuxta propositum. Et dicitur sententia nulla, ut sequitur, quia lata est contra ius constitutionis, nulla uerò non transit in rem iudicatam, iniusta, sic ut dictū est.

Quæ sentētia dicatur nulla.

est. Et solet sic distingui: quandoq; sententia est nulla, nec seruatur: ut si contra ius constitutionis est lata expresse, quandoq; est nulla, sed seruatur donec de nullitate cōstet: ut si est lata per falsos testes, uel falsa instrumenta: quia illa non est nulla in ueritate, sed est aliqua in opinione, de quo de exceptionibus, cùm uenerabilis. Quādoq; nulla est, & transit in rem iudicatam post 20. annos, ut ibi no. de quo per Hostien. in. c. cùm Bertoldus. Sententia ergo, quæ transit in rem iudicatam, in actione personali, mandabitur executioni post tempus quadrimestre, quia illud tempus cōdemnatis in actione personali, conceditur à iure, ut in. c. conquerenti de offi. del. Potest tamen huiusmodi tempus artari uel prolongari per iudicem ex caussa, sine caußa autē non potest, aliás si artauerit sine caussa, supplетur à lege, ut ibi no. in Spe. de sen. executi. §. uidendum in princi. Et si fiat executio in huiusmodi actione personali, isto modo uel ordine: quia præcipietur reo, quòd pecuniam, in qua est condemnatus, actori suo soluat. Et an ipse condemnatus ad ipsius pecuniæ solutionem, præcisè cogi debeat, actore instante & petente tractat Io. An. in addi. Specu. quod Guil. in ista quæstione tenuit condemnatum: si habeat pecuniam ad illud teneri, si uerò non habeat uictus in pecunia, unde satisfaciat, executio fiat in rebus suis, & primò in mobilibus, sic quòd capiantur mobilia, si quæ poßidet, si mobilia non habet, recurritur ad im-

mobilia: si neq; immobilia poßidet, peruenitur ad nomina siue iura, scilicet ad ipsius condemnati, nominati debitores, sic tamen, quòd nomina debitorum, debita confitentium & non negantium sub pignore capientur, de quo in Spe. de sen. execu. §. sequitur uidere.
¶ Additio. ¶ Nota tamen, quòd quando executio uenit fienda super bonis alicuius, & sunt aliqua bona, quæ sunt in controuersia, non est fienda super illis executio, si reperiantur alia bona, quæ non sint in cōtrouersia, ita tenet Bal. in addi. Spe. ti. de executione sententiæ. uer. executione. In actione reali statim executio fit, postquā sententia transijt in rem iudicatam: unde si actum est ad fundum, uel ad domum mittendus est actor, in possessionem eiusdem rei, de re iudi. c. cùm Bertoldus in fi. nec tunc sufficit dare pignora, sed requiritur corporalis traditio possessionis: ut in. c. cum aliquibus de re iudi. Et quomodo iudex mandat executori suo, quòd eandem rem actori adiudicatam persoluat, seu eius rei ueram & corporalem possessionem det actori. Guillelmus ponit in Spec. de senten. execu. in. d. §. sequitur, Et huiusmodi præceptum scribi debet in actis per notarium, isto modo. Talis iudex curiæ talis, exequendo sententiam diffinitiuam, in caussa tali per eum datam, uel per talem iudicem inferiorem, uel ipsius delegatum latam, manu talis notarij scriptam uel subscriptam, ac ipsius iudicis sigillo, & prædicti notarij signo sigil

ſigillatam & ſignatam, præcepit & iniunxit tali executori ſeu curſori, ſiue nuncio, quòd rem talem tali actori per prædictam ſententiam iudicatam, ac eius poſſeßionem corporalem det & aßignet eidem actori prædictum reum amouendo ab eadem. Acta ſunt, &c. Vel fit præceptum per literas iudicis dirigendas executori, & tunc poteſt ſcribi ſub hac forma.

¶Mandatum iudicis factum executori ad exequendum ſententiam.

Talis iudex tali rectori diuinorum, &c. Salutem in Domino. Pridem acta inter talem actorem ex una, & talem reum de & ſuper re tali, fundo uel domo, & eius occaſione parte ex altera, materia quæſtionis, & cauſſa huiuſmodi intentata & introducta in iudicio coram nobis in cauſſa eadem, iure & iudiciario ordine obſeruato procedentes, ſententiam tulimus diffinitiuam, prædicto actori rem petitam per eum adiudicando, ac præfatum reum ad traditionem ſeu reſtitutionem rei eiuſdem, & in expenſis litis condemnando, prout in ſenteutia noſtra plenius continetur. Verùm quia parum prodeſt ſententiam ferre, niſi executioni demandetur, idcirco pro parte memorati actoris humiliter requiſiti, ad prædictæ ſententiæ executionem duximus procedendum. Vobis ergo in uirtute ſanctæ obedientiæ, firmiter & diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus

præfatum.N.actorem in corporalem & realem, prædictæ rei, ut præfertur, adiudicatæ possessionem inducatis, ac ipsam rem & eius possessionem tradatis & assignetis: supradictum reum eiusdem rei detentorem abinde romouendo, monentes eundem.N.reum, quem nos peremptoriè per præsentes monemus: ut infra sex dierum spacium, à notificatione sibi facta computando, quorum duos pro primo &c. ab eiusdem rei detentione & occupatione desistens, eam præfato actori uacuam & liberam tradat, & ad ipsius corporalem & pacificam possessionem admittat: sibiq; summam 20. florenorum seu librarum, denariorum talium pro expensis per eum in lite prædicta factis, coram nobis restituat & persoluat, & aliâs prædictæ nostræ sententiæ humiliter pareat & intendat, alioquin contra ipsum per censuram ecclesiasticam, & alia iuris auxilia, prout de iure poterimus, procedemus dicta nostra executione, ut suprà in formis aliorum mandatorum. Et *si executio illius præcepti iudicis fit per cursorem seu nuncium, habebit referre iudici diem & formam executionis.* Et *quicquid factum est per eum, & isto modo executio scribitur in actis.N.talis curiæ cursor nuncius, sed executor retulit se de mandato iudicis in uim executionis sententiæ talis, in tali caussa latæ, die tali & cætera dedisse & aßignaße talem corporalem possessionem talis fundi, eidē uictori per eandem sententiam adiudicati, quem talis deui-*

ctus

ctus tenuit & occupauit. Vtrum autem delegatus ordinarij possit exequi sententiam suam, no. in. c. si quis contra, de foro compe. uel hoc possint minores iudices, no. in. c. cùm ab ecclesiarum, de offi. ordi. cum remissi. Et *quia sunt opiniones, potest dici, quòd delegatus ordinarij, & alij minores iudices hoc possunt per censuram ecclesiasticam, quæ est simplicis iurisdictionis, & non per traditionem possessionis, quæ est mixti imperij.* Et *delegatus principis exequitur sententiam suam infra annum, post annum totaliter expirat sua potestas, ita etiam, quòd excommunicatum per eũ infra annum, anno elapso non absoluit: ut legitur & no. de offi. deleg. quærenti.* Iudices *tamẽ indifferenter exequuntur sentẽtias suas per excõmunicationem, & per missionem.* Ex *quibus autem caussis, uel per quas exceptiones impediri potest execútio sententiæ plenæ, no. in. c. de cætero de re iu. & in* Spe. *de sen. execu. §. ulti.* Sed *quo iure petatur executio, no. in eo. ti. §. breuiter.* Et *dicit ibi Guil. quòd uictor habet duo auxilia, per quæ consequitur executionem, scilicet officium iudicis, & actionem iudicati, non autem per actionem in factum, & in hoc dicit errare multos aduocatos.* Et *summariè proceditur sine datione libelli & litis contestatione, de quo dicendum, ut ibi.* Licet *autem sententia transierit in rem iudicatam, & sic facienda est ipsius executio, ut dictum est. Victus tamen quandoq; releuatur remedio supplicationis, ut in.*

c.ex literis, de resti. in inte. de quo in Spe. de supplica. per totum, uel beneficio restitutionis in integrum: ut eo. ti. per totum. ¶Additio. ¶Vnum tamen nota, quòd licet appellatione pendente impediatur executio, tamen pendente supplicatione uel petitione restitutionis in integrum, non impeditur executio, sed non potest fieri secundum modum traditum in autentica, quae supplicatio. C. de precibus Imperatori offeren. & in. c. suscitata, de resti. in integrum. Et tunc ex quo sic impetratur principaliter, proceditur in caussa restitutionis, ordine iuris obseruato, ut de offi. iudi. c. 2. & ista caussa tunc finiri debet & expediri infra quadriennium, ut in Cle. unica, de restitu. in integ. Et libellos in materia restitutionis in integrum, ponit Guil in Spe. tempore quarto, de resti. in integrum. Sed quia raro haec in partibus istis pertractantur, igitur illa obmitto.

¶De absolutione à sententia excommunicationis.

SEd ut dictum est, aliquando reus, non parens sententiae excommunicatur, aliquando per contumaciam, quia citatus non comparet, ut uisum est suprà in principio processus. Et quia uolens parere, & absolutionem petẽs, debet absolui, ut in. c. cũ cõtingat de offi. dele. ideo ut habeãtur formae absolutionũ. Sciendũ est quòd si quis est excõmunicatus pro contumacia,

si uult parere iuri, absoluendus est sub forma iuris, si offerat cautionem de parendo iuri, & soluendo expẽsas ratione suæ cõtumaciæ per aduersarium factas, de ap. c. qua fronte de iudi. c. 1. & 2. Et hoc *si sententia est iusta, quia si est iniusta, debet absolui sine difficultate, ut de rescrip. ca. ab excommunicato cum concordantijs.* Et *intelligendum etiam est, quando excommunicatus est pro contumacia uel offensa dubia.*

¶Additio. ¶*Vtrum autem huiusmodi cautio debeat esse cum pignoribus uel fideiussoribus, uel an sufficiat cautio nuda, uide per* Panor. *in. c. ex parte de uerborũ significa.* Nam *si quis excõmunicatus est pro manifesta contumacia uel offensa notoria, non absoluitur, nisi satisfactione præmissa, ut in. c. ex parte de uerbo. signi. quo ad manifestam offensam, de manifesta contumacia probatur in. c. uenerabilis. §. secus de senten. excom. libro sexto.*

¶Forma absolutionis sub forma iuris.

ET *forma absolutionis, sub forma iuris potest esse ista.* N. *talis iudex tali actori uel plebano.* Salutem in Domino. Q*uia talis excõmunicatus à nobis pro contumacia, ad instantiam talis paratum se offert stare iuri coram nobis, unde ipsum ab huiusmodi sentẽtia excõmunicationis absoluimus ĩ* Dei *noĩe, in his scriptis, & talẽ diẽ, ĩ quo prædicto actori satisfaciat & iuri*

pareat coram nobis, sibi pro termino peremptorio assignamus. Quare uobis mandamus, quatenus eundem N. sic absolutum, publicè nuncietis. Volentes autem prædictum terminum actori memorato tempestiuè nunciari uel intimari, &c. Datum &c. Vel breuius sic. Officialis uel iudex talis, tali plebano. Salutem in Domino, &c. quia talis à nobis excommunicatus pro contumacia, ad instantiam talis, paratus est die seu feria tali stare iuri coram nobis. Vnde ipsum sub forma iuris absoluimus, mandantes uobis, quatenus eundem sic absolutum, publicè nuncietis, & prædictum terminum uolumus actori memorato maturè intimari. Datum &c. Et ista forma ab ordinarijs frequentatur. In aliquibus locis excommunicatus, per iudicem absoluitur, & absolutus à uinculo excommunicationis, remittitur ad sacerdotem, ad reconciliandum de peccato inobedientiæ, pro quo fuit excommunicatus, & huiusmodi reconciliationis formã ponit Guil. in Spec. de sen. prola. uersi. debet autem fieri absolutio cum Psalmo pœnitentiali, &c. Posset etiam forma absolutionis dilatari & extendi, narrando processum, habitum, & contumaciæ qualitatem, & alia, sicut faciũt quidam delegati, sub hac forma uel simili. N. Decanus, uel Præpositus, Ecclesiæ iudex delegatus, &c. Vniuersis & singulis Præpositis & Decanis, &c. quibuscunq; per ciuitates diœcesis, tales uel talia ubilibet constitutis, qui præsentibus fuerint requisiti. Salutem

in

in Domino, & mandatis nostris, imò uerius apostolicis firmiter obedire, cũ in causa, quæ inter. N. *actorem ex una, &* P. *reum ex altera, de & super tali re uel debito uertitur corã nobis, & prædictus* N. *actor, prædicto* P. *reo, libellum in scriptis obtulisset nos eidem reo diem talem ad respondendum eidem, uel exceptionem dilatoriam sibi forsitan competentem, proponendum pro termino peremptorio duximus assignandum. Sed quia in huiusmodi termino idem reus minimè comparuit per se uel responsalem, & exceptiones proponere, aut prædicto libello respondere, contumaciter recusauit, idcirco idẽ.* P. *reus pro cõtumacia huiusmodi monitione præuia, fuit & est ꝑ nos uinculo excõmunicationis innodatus.* ¶ *Nunc autem reus ipse se repræsentans, coram nobis petijt humiliter & deuotè ab huiusmodi excommunicationis sententia seu uinculo se absolui, offerens iudicio sisti, seu de parendo iuri cautionem præstans & dicens se paratum parti aduersæ satisfacere congruè de expensis. Vnde citato ad hoc aduersario & præsente, uel contumaciter absente ac recepto ab ipso excommunicato prius iuramento secundum formam iuris, de parendo mandatis* Ecclesiæ, *& congrua satisfactione expensarum, eum ab huiusmodi excommunicationis uinculo absoluimus, ut suprà in forma præcedenti.* Et *cautelam de custodienda & reseruanda absolutione, dat* Guil. *in* Spe. *2. de senten. prola.* §. *nunc uerò. uersi. abso*

absolutio. & in.g.c. proposuit, de Cle. excom. minist. Et si quis excõmunicatus fuit pro debito uel pro re iudicata, uel pro crimine, uel pro offensa manifesta, & satisfecit, tunc simpliciter absoluitur, sub hac forma. Absolutionis forma. *Officialis talis, &c. Quia talis excõmunicatus pro re iudicata, uel pro tali offensa manifesta, ad instantiam talis; de huiusmodi re iudicata seu offensa satisfecit: idcirco eum absolutionem petentem absoluimus in Dei nomine, in his scriptis mandantes, &c. ut sup.*

¶*Additio.* ¶*Quid si quis fuerit excõmunicatus plu ribus excõmunicationibus, uel una excõmunicatione à pluribus caussis, an requirantur plures absolutiones, uel an sufficit unica pro omnibus, Panor. in. c. cũ pro caussa de sententia excõmunicationis tenet unicam sufficere, dum tamen de omnibus excõmunicationibus seu caussis fiat mentio in absolutione. De absolutione* Absolutio ad cautelam. *ad cautelam, quando fiat no. in. c. apostolicæ, de excep. & plenè in. c. solent de sen. excom. li. 6.*

¶Et sic est finis iudicij ordinarij, & tertiæ partis, & per consequens totius operis

SEQVITVR ALIVS TRACTATUS, quando scilicet iudex de plano procedit, qui valet ad intelligentiam prædictorum.

V*Idimus de processu ordinario, qui regulariter obseruatur in caussis, sed est quidã specialis, q obseruatur, quãdo procedit iudex simpliciter & sum-*

summariè, sine strepitu & figura iudicij. Et quis ordo tunc seruandus est, traditur in Cle. sæpe de uerbo. significatio. quia libellus de necessario non offertur, est tamen danda petitiõ summaria in scriptis, uel facienda uerbo, & in actis redigenda. Item proceditur sine contestatione & sine conclusione, quæ tamen in processu ordinario sunt de substãtia, ut dictum est. Potest etiam sententiã ferre stando, quod in alijs non potest, ut etiã sibi uisum est, & ualet citatio ad sententiã audiendam, etiã non peremptoria, quæ aliàs sufficiens non esset. Item in isto processu fortius quàm alio debet iudex amputare magnam dilationem, refrenare iurgia partium, & testium multitudinem. Et procedere potest tempore feriato, in fauorem hominum interdicto. Et ita sunt plura in processu isto specialia, scilicet 9. uel 10. ut no. Guil. de monte lau. in alle. Cle. sæpe in glo. ¶Additio. ¶In quibus autem caußis poßit iudex procedere summariè, & de plano, uide in. l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibendum per Bart. in extrauaganti ad reprimendam, & in Clemen. dispendiosam de iudicijs. Et processum huiusmodi iudex tenetur aliquãdo obseruare: aliquãdo potest, si uult, quia si princeps mãdat sic procedere, ut in cõseruatorijs studiorũ facit, tũc ita iudex tenetur procedere, ualet tamen proceßus, si ordo iudiciarius partibus nõ contradicentibus fuerit obseruatus: ut in Clement. sæpe sup. allega. sed potest iudex sic procedere, si ue-

In quibus caussis iudex potest summariè procedere.

si uelit, scilicet in caußis priuilegiatis à iure super ta li proceßu, & istæ sunt quatuor caußæ beneficiales, matrimoniales, decimarum & usurarum. Et *in istis relinquitur potestati iudicis, si uelit procedere simpliciter & de plano, uel ordinem iudiciarium obseruare, ut in* Cle. *dispendiosam de iudi. ubi de hoc in glo. non licet, & quia potest iudex, ut dictum est in istis caußis, obseruare ordinem uel non, & sic libellum exigere. Qualiter ergo in caußa beneficiali formādus sit libellus, uideamus, & potest sic concipi.*

¶In beneficiali caussa sic formatur libellus.

Coram uobis honorabili uiro domino auditore uel iudice, &c. proponit procurator procuratorio nomine discreti uiri. A. *canonici ecclesiæ beatæ* Mariæ *Verdinensis, conquerendo aduersus* B. *se clericum aßerentem talis diœcesis, & quemlibet alium pro eo in iudicio legittimè interuenientem.* Et *dicit, quòd licet præfatus* A. *uigore gratiæ Apostolicæ, eidē de canonicatu sub expectatione præbendæ, de ecclesia sanctæ* Mariæ *prædictæ, in speciali factus canonicus, & præbenda per mortē quondā* C. *eiusdē ecclesiæ, dum uixit canonici præbendati, tunc uacans per certum executorem ad hoc à sancta sede apostolica specialiter deputatum, fuerint, & sunt collati, & sibi eisdem prouisum, ac ipse.* A. *ad canonicatum & præbendam*

bendam huiusmodi per eundem executorem inuestitus existat, sic quòd idem canonicus & præbenda, cũ iuribus & pertinentijs suis uniuersis, pertineant & pertinere debeant ad eundem, tamen præfatus B. *ad eosdem canonicatum & præbendam se intrusit de facto, & intrudi fecit, procurauit, ac intrusionem de se factam, ratam habendo, prædictos, canonicatum & præbendam detinuit & occupauit, detinet & occupat fructus, redditus & prouentus, iura & obuentiones prouenientes, ex eisdem percepit & imbursauit, percipit & imbursat, seq́; præfato* A. *opposuit & opponit, ac eum impediuit & impedit, fecitq́; & facit per intrusionem, occupationem, & alia supradicta, quò minus ipse* A. *canonicatus & præbēdæ huiusmodi, ac iurium & pertinentiarum earundem possessionem, seu quasi assequi poßit, & habere, in animæ suæ periculum, & prædicti ad præiudicium & detrimentum. Quare agit & petit procurator, quo sup. procuratorio nomine, quatenus uos* Domine *auditor, seu iudex reuerende, præcognito, quantum sufficit de præmißis, pronuncietis, decernatis & declaretis canonicatum & præbendam, prædictos ad memoratum, & pertinuisse de iure, & pertinere ad eos, eidem* A. *adiudicandũ fore, ac adiudicari debere, & adiudicetis. Intrusionemq́;, detensionem, occupationem, & alia præmißa, temerariam, illicitam & iniustam fuiße & eße.* Et *prædictum* B. *occupatorem, ab occupatione, impe*

Q dimen-

dimentis, & alijs prædictis compescendum, & compescatis sibiq; de præfatis silentium imponendum & imponatis super eisdem, ac à canonicatu & præbenda, & eorum detentione eum remouendum & remoueatis, prædictumq; A. in possessionē, seu quasi eorundem canonicatus & præben. iuriumq; & pertinentium ipsorum inducendum & inductum, defendendum, atq; inducatis & defendatis, seu induci & defendi præcipiatis. Ipsum B. prædicto A. in fructibus perceptis & expensis litis legittimis nihilominus condemnando per uestram diffinitiuam sententiā & eius executionem. Hæc petit coniunctim & diuisim. Ad necessariam probationem se solum astringēs officium uestrum in omnibus præmißis & singulis, quantum opus fuerit, humiliter implorādo. Saluo iure corrigendi, addendi, minuendi, & cætera, ut est moris. Iste libellus procedit, quando agenti beneficium iam est collatum, ita quòd est suum, & habet ius in re. Si uerò nondum esset sibi collatū, uel de eo prouisum, sed conferendum, ita quòd non esset suum, sed sibi debitum esset ius ad rem. De quo in Cle. auditor de rescriptis in glosa, si pronunciet. Tunc secundum hoc deberet mutari libellus, scilicet narrando, quomodo beneficium tale ex tali caussa sibi esset debitum, & petendo id sibi debitum & conferendum pronunciari. Et tunc auditor, qui pronunciat illud ei debitum, potest sibi sine nouo mandato de illo prouidere, ut circuitus

euitus euitetur, ut in allc. Cle. auditor de rescriptis.

¶Additio. ¶Vtrum autem iusta collatio, quæ fit per auditorẽ, dicatur executio iuris debiti, & an quilibet delegatus etiam extra curiam poßit facere istam collationem. Vide per Imo. in dicta Clemen. auditor. Vel etiam debet fieri mutatio libelli, secundum qualitatem facti, & plures libellorum formas ponit Guil. in Spe. de præben. Si beneficium est de iure patronatus, tunc præsentatus sic formet libellum suum.

¶Quando beneficiũ est de iure patronatus.

Coram uobis, &c. Et dicit, quòd licet A. prædictus, ad ecclesiã uel uicariam talem per mortẽ quondam C. ultimi rectoris eiusdem uacantem per dictum clericum uel laicum ipsius ecclesiæ uel uicariæ uerũ patronũ, & in iure patronat. ecclesiæ uel uicariæ eiusdem poßeßione, uel quasi existentẽ, ac pro tali habitum cõmuniter, & reputatũ uobis domino Præposito uel archidiacono, uel officiali infra tempus debitum quadrimestre præsentatus existat, ad inuestiendum tamen prædictus B. præsentationi huiusmo di factæ & inuestituræ faciendæ se opposuit & opponit temerè, impediuit & impedit friuolè, ac fecit & facit minus iustè, quominus præsentatio prædicta per uos admissa, fuerit suum debitum sortita atque sortiatur effectum. Agit igitur & petit procurator prædictus, nomine quo suprà, per uos præcognito,

quantum sufficit de præmißis pronunciari, decerni & declarari, præsentationem de præfato A. *ut præfertur factam fuisse & eße admittendam & admitti, ipsumq́;* A. *ad ecclesiam uel uicariam prædictam instituendum & inuestiendum fore, institui & inuestiri, ac in corporalem & realem ipsius ecclesiæ seu uicariæ iuriumq́; & pertinentiarum eiusdem poßeßionẽ, uel quasi inducendum & induci, prædictoq́;* B. *aduersario, super oppositione & impedimentis ab ecclesia ipsa seu uicaria, perpetuum silentium imponendum & imponi.* Et *ab ipsis impedimentis & oppositione eße compescendum, & compesci uestra sententia diffinitiua, & censura ecclesiastica mediante.* Hæc *petit coniunctim & diuisim, unà cum expensis litis, &c.*

¶Declaratio formæ.

I*sta petitio colligitur per* Inno. *in. c. cùm* Bertoldus *de re iudicata.* Et *quidam addunt in libello.* Peto *præsentationem meam admitti, & præsentationem aduersarij per non patronum, & eum, qui nullum ius præsentandi habet factam ceßari, &c. de quo in alle. c. cùm* Bertoldus. *Sed non est curandum.* Et *si aduersarius præsentatus, à non patrono iam eßet institutus, secundum hoc aliter formaretur petitio isto modo.* Peto *talem à non patrono, nec iuris patronatus poßeßore præsentatum & malè institutum, ab illo beneficio amoueri, & meam præsentationem, à uerò patrono*

trono factam admitti, ipsum beneficium mihi adiudicari, & me admitti, ipsum beneficium mihi adiudicari, & me ad illud institui ac inuestiri &c. ut in. c. cùm Bertoldus *supra alle.*Et *si fortè præsentator in ueritate non est patronus, sed solum poßidet ius patronatus cum bona fide, tunc præsentatus non dicat in libello, ipsum eße patronum.* Sed *ipsum fuiße tempore præsentationis, & eße in poßeßione, uel quasi iurispatronatus.* Et *sufficit, ut in.c.consultationibus de iure patronat. de quo etiam in.c.2. de resti.in inte.cum si.* ¶Additio. ¶*Quid si pendente lite inter petitorem & poßeßorem super iure patronatus fiat præsentatio per poßeßorem, & postea succumbat poßeßor, an debeat repelli præsentatus.* Vide *per eundem* Panor.*in dicto.c.consultationibus.*Cùm *autem de iure patronatus agitur inter patronos, qualiter tunc concipiatur libellus, ponit* Guil. *in speculo de iure patro.* Et *potest sic formari.*

¶Forma libelli in controuersia, & inter patronos de iure patronatus.

C*Oram uobis, &c. proponit, conquerendo in iure procurator procuratorio nomine, discreti uiri* A.*laici aduersus* B.*laicum.* Et *dicit, quòd licet ius patronatus talis ecclesiæ uel uicariæ, ad prædictum* A. *pertineat & pertinere debeat de iure.* Ipseq; A. *fuerit tempore spoliationis infrascriptæ, in poßeßione*

uel quasi iurispatronatus, ecclesiæ uel uicariæ eiusdē, tamen prædictus B. *de anno & mense tali, quendam* D. *ad ecclesiam seu uicariam prædictam, tunc certo modo uacātem uobis præsentauit, ipsumq́;* A. *possessione, uel quasi iuris patronatus prædicti spoliando. Quare agit & petit procurator prædictus, quatenus uos domine iudex præcognito, quantum sufficit de præmissis, pronuncietis, decernatis & declaretis ius patronatus, ecclesiæ uel uicariæ prædictæ ad præfatū* A. *pertinuisse & pertinere, præsentationemq́; & spoliationem prædictas ut temerarias & illicitas, iniustas esse & fuisse.* At eundem A. *in pristinū statum & possessionem, seu quasi eiusdem iuris reponendum, restituendum & reducendum fore, restitui, reponi & reduci debere, restituatisq́;, reponatis & reducatis per uestram sententiam diffinitiuam, &c.* Per *istum libellum intentatur possessorium &* petitoriū, *posset etiā alterum tantum intentari, ut etiam dictum est in alio processu, circa formas libellorum.* Et *ista caussa super iure patronatus non est beneficialis, cùm de titulo beneficiali non agatur, unde in eadem procedendum est ordine iudiciario obseruato: & super primo libello possunt sic formari positiones & articuli.*

¶Positiones & articuli sic formantur.

IN *primis ponit & probare intendit, quòd in diœcesi* Verdunensi *in terra* Barensi *est & fuit* A, 30. *uel* 40. *annis, circa uel ultra, & à tēpore, & per tem-*

temporis spaciū, de cuius initio hominum memoria nō existit quoddā oppidum cōmuniter nuncupatum de Bamothicastro, habens diuersas ecclesias collegiatas parrochiales, & aliam palam & notoriè. Item quòd in eodē oppido, inter alias ecclesias ibidem fuit à prædicto tēpore & per idem tēpus, & est collegiata ecclesia beatæ uirginis Mariæ sic cōmuniter nuncupata seu appellata, habens Præpositum, Decanum & Capitulū, ac certas & distinctas præbendas, ac iura alia ecclesiæ collegiatæ, publica ac manifesta, &c. Itē q̃ de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica uox et fama. Itē ponit, quòd sanctissimus dominus noster talis, diuina prouidentia Papa modernus, prædicto A. gratiam faciendo specialem, die tali, mense tali canonicatum in tali ecclesia prædicta, prædicto A. contulit, et ipsum per Decanū & capitulum recipi mandauit in canonicum & fratrem: stallumq́; in choro, & locū in capitulo cū iuris canonicalis plenitudine eidem aßignari. Item q̃ præbenda, si qua tunc uacaret, aut quam in postremū uacare cōtingeret ecclesia in eadem, quā prædictus A. infra unius mensis spaciū acceptaret, prædictus dominus noster Papa, eidem A. cum omnibus iuribus & pertinentijs suis uniuersis conferri, & de eis sibi prouideri, ac ipsum ad eandem & ipsius iuris ac pertinentiarum, eiusdem possesionem, uel quasi inuestiri & induci, inductum tueri & defendi uoluit & mandauit. Item quòd idem

dominus noster Papa ad collationem, prouisionem inuestituram, & aliâs gratiæ prædictæ debitam & effectualem executionem faciendam, certum uel certos executores deputauit. Item quòd præfatus A. gratiam prædictam sibi, ut præmittitur, factam, ratam habens & gratam, super eam literas in forma consueta extrahi, & sibi processus per executorem fieri procurauit. Item quòd de prædictis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama. Item ponit & probare intendit, quòd de anno Domini 1461. die, mense tali, & ante quondam. N. ecclesiæ fuit canonicus prædictæ beatæ Mariæ, talis loci præbendatus, & certos canonicatum & præbendam in eadem Ecclesia habuit & possedit: item quòd idem A. canonicus, de anno & mense prædictis, de tali die extra Romcu. conclusit diem extremum quodq; per ipsius obitum canonicatus & preben. prædicta, quos in præfata ecclesia obtinebat uacare incœperunt, uacauerunt, & cõmuniter uacare putabantur, palam & manifestè. Item quòd A. prædictus, uel talis eius procurator prædictus, canonicatum & præbendam sic uacantes, tanquã gratiæ prædictæ uigore sibi & nulli alteri à iure debitos, die tali mensis prædicti protestatione consueta acceptauit. Item quòd per prædictæ gratiæ executorem A. prædictus canonicatum & præben. sibi conferri, & de eisdem sibi prouideri, ac se in ipsorum iurium & pertinentiarum possessionem seu quasi inuestiri, obtinuit

nuit

nuit die tali. Item quòd de *præmißis omnibus & singulis est publicata uox & fama.* Item ponit, quòd A. *prædictus, tempore gratiæ sibi factæ, & collationum, prouisionum, inuestituræ prædictarum fuit & est clericus seu sacerdos, &c.* Item ponit quòd A. *prædictus tempore gratiæ sibi factæ in cōmunione fidelium, de legitimo matrimonio procreatus est, & aliàs stabilis, idoneus ad ecclesiasticum beneficium, maximè canonicatum & præbendam supradictos obtinendum.* Itē quòd B. *aduersarius prædicti.* A. *prædictis canonicatui & præbendæ post prædicti quondā.* C. *mortem se intrusit seu intrudi fecit & procurauit, ipsosq; canonicatum & præbēdam detinuit & occupauit, detinet & occupatus fru. reddi, & prouentus ex eisde prouenientes percepit & inbursauit, percipit & imbursat, ac præfatum* A. *impediuit & impedit, fecit & facit per intrusionem, occupationem, & alia præmissa, quò minus gratia, collatio, prouisio & inuestitura, & alia præmissa suum debitum sortiri poßint effectum, & sortiantur.* Et quòd *prædictus* A. *poßeßionem canonicatus & præbendæ prædictarum aßequi non poßit liberā, & habere.* Dat *insuper libellum pro parte sua oblata, ac producta & producenda in hac caußa, in quantum faciunt pro parte sua & positionibus, & articulis, de notarijs, signis & sigillis, saluo iure addendi, minuendi, corrigendi, declarandi, &c. ut est moris.* Quando *beneficium est de iure patronatus, tunc ex li*

bello seu petitione formantur positiones isto modo.

¶Positiones & articuli in alia forma.

Positiones & articuli, ut sup. in alijs formis, in primis ponit & probare intendit, quòd in oppido tali, talis diœce. A. 10. 22. 30. uel 40. annis, citra uel ultra, & à tempore uel per tempus, cuius contrarium seu initium non est in hominum memoria, fuit & est certa ecclesia parrochialis, cõmuniter nuncupata seu appellata ecclesia Sancti talis, &c. quodq; in ecclesia eadem fuerint et sunt certæ uicariæ, perpetuæ à secularibus clericis solitè gubernari. Item quòd inter alias uicarias perpetuas, in eadem ecclesia existentes, est et fuit à tempore, et per tempus, de quo supra, et est certa uicaria ad altare talis Sancti, etc. palã et notoriè. Item quòd uicaria huiusmodi perpetua, per talem laicum instaurata est et fundata, ac de bonis suis dotata, et per loci Episcopum seu diœcesanum confirmata. Item quòd ius patronatus, eiusdẽ uicariæ, eidem instauratori et suis hæredibus reseruatum extitit et pertinuit, et pertinet ad eosdem. Item quòd de præmissis omnibus et singulis fuit et est publica uox et fama. Item quòd prædictus N. fuit præfati quondam instauratoris filius et legittimus, et naturalis eidem patri suo in bonis per eum relictis, et maximè in iure patronatus, prædictæ uicariæ in solidum hæres successit, ac hæreditas paterna cum iure prædicto patrona-

tronatus fuit et est ad eum, tanquam ad uerum et ad proximiorem hæredem deuoluta. Item quòd idem N. filius et hæres quondam D. prædictæ uicariæ uicariũ ad eandem uicariam tunc certo modo uacantem, uobis domino officiali præsentauit, quodq́; eadem præsentatio admißa fuit per uos, & idem quondam præsentatus ad præsentationem eandem ad prædictam uicariam institutus eam tenuit et pacificè poßedit. Item quòd prædictus N. fuit et est in iurispatronatus memoratæ uicariæ poßeßione uel quasi. Item si de præmißis omnibus et singulis, etc. Item quòd de anno tali, die, mense tali bonæ memoriæ quondam D. prædictus uicarius, ut præmittitur, uicariæ prædictæ nouißimus fuit, uiã uniuersæ carnis ingreßus. Item ꝙ per eiusdẽ quondã D. nouißimi sæpe prædicti uicarij, rectoris mortẽ, ipsa uicaria incœpit uacare, uacauitq́; et uacare reputata fuit et palam notoriè. Item quòd prædictus N. ipsius uicariæ patronus & iurispatronatus eiusdem poßeßor, præfatum A. ad eandem uicariam sic uacantem die tali, mense tali, talis anni supradicti, uobis domino officiali, per suas literas certas ipsius sigillo sigillatas præsentauit. Item quòd tempore præsentationis huiusmodi idem N. præsentatus fuit, prout est in ætate legitima, et in minoribus ordinibus, et in communione fidelium, aliâsq́; stabilis et idoneus ad beneficium huiusmodi obtinendum. Item quòd B. aduersarius

memo-

memoratus prætextu eiusdem præsentationis, per nō patronum, nec iuris patronatus poßeßorem, de ipso factæ prædicto A. & præsentationi de eo, ut præfertur, per uerum patronum factæ, opposuit se de facto, & opponit & impediuit, & impedit, fecit & facit, quò minus eadem præsentatio per uos admißa fuit & est per institutionem & inuestituram, ac aliâs suum debitum sortita atq; sortiatur effectum. Item quòd de præmißis, &c. Dat etiam libellum seu petitionē &c. Saluo iure corrigendi, &c. Et si præsentatus est à patrono, qui nō est in poßeßione præsentandi. Vel fortè est poßeßor iuris patronatus, bona fide licet in ueritate non sit patronus, secundum hoc formentur articuli, ut dictum est circa libellum in hac materia.

¶Additio. ¶ *Aduerte tamen, quòd licet patronus non poßit præsentare seipsum, tamē bene potest præsentare filium suum, ut no. in. c. per uestras de iure patronatus: potest etiam præsentare compatronum, ut no. su. e. ti. de iure patrona. uer. & no.*

¶Forma libelli in caussa matrimoniali.

C*Oram uobis honorabili uiro Præposito uel officiali, proponit procurator procuratorio nomine A. aduersus B. puellam, & quamcunq; aliā personam, pro ipsa in iudicio legittimè interuenientem, & dicit in iure conquerendo, quòd licet inter A. & B. prædictos, matrimonium legittimè sit contractum*

per

per mutuum & simultaneum consensum, utriusq; uerbis de præsenti ad hoc aptis, ultro citroq; intimatum, utroq; dicente: Ego accipio te in meam, *& ego recipio te in meum, nec te dimittam pro meliori uel deteriori, sub arratione mutua etiam subsecuta, uel arris datis hincinde & receptis, tamen* B. *prædicta matrimonium huiusmodi per carnalem copulam consummare, cum prædicto* A. *tanquam marito suo, ac adhærendo ei uxorali affectione pertractare recusat in periculum animæ suæ. Quare agit & petit procurator prædictus, quo suprà nomine per uos pronunciari & declarari sentialiter & diffinitiuè matrimonium, inter* A. *&* B. *prædictos fuisse & esse contractum, dictamq;* B. *eidē* A. *in uxorem ad iudicandam, & ad matrimonium, de quo agitur, & ipsius consummationē faciendū, & ut sibi tanquā marito adhæreat condemnandā & cōpellendā adiudicari, & cōpelli iustitia mediante, hoc petit unà cum expensis litis.* Potest *etiā matrimonium contrahi per alia uerba, de quo in. c. literis, & in. c. si inter de sponsa. & sic formatur* libellus, *secundum quod habet se factum.* Si *uerò matrimonium iam esset carnali copula consummatum, & aliquandiu ipsi coniuges simul cohabitaßent, sed tandem alter eorum ab altero se diuertit, tunc dimißus potest agere petitorio uel poßeßorio, oportet tamen restitutionem petentem probare coniugium & copulam, quia ista poßeßio non habetur sine iure, ut de resti.*

spo.

ſpo. c. ex conqueſtione: et.c. ex tranſmiſſa. eo. ti.
¶Additio. ¶*Notatur quòd eſt lata differentia, an agatur de cauſſa matrimoniali, petitorio uel poſſeſſorio, quia primo caſu oportet probare plenè, quòd uerum matrimonium et ualidum interceſſit. Secundo caſu ſufficit probare matrimonium fuiſſe contractum, licet ex toto non probetur legitimitas matrimonij. Satis enim eſt, quòd probetur prima fronte legitimum, quo ad principia ualida, licet opponatur aliquis defectus intrinſecus, quia per talem oppoſitionē non impedietur reſtitutio, ut in ca. ex conqueſtione, et in.c.ex tranſmiſſa, de reſti.ſpoli.ita tenet Panor.in.c.ex parte, et in dicto c.ex tranſmiſſa, ſaluo tamē quod habetur in.c.literas, eo.ti.et tūc formatur ſic libellus.*

¶Sic formatur libellus, quando alter coniugum poſt carnalem copulam ab altero diuertit.

C*Oram uobis honorabili domino Archidiacono uel officiali, etc. proponit procurator procuratorio nomine A.uiri conquerendo in iure aduerſus B.mulierem, et dicit, quòd licet dudum B. mulier ſu pradicta, cum præfato A.contraxerit matrimonium, et traditione, et carnali copula ſubſecutis, ſibi in loco tali per plures annos cohabitauit, tanquam uxor eum in omnibus affectione uxoria, pertractādo: Tamen de anno tali, tali die, menſe tali, ipſa B. neſcitur quo ſpiritu ſeducta, à præfato A. diuertit ſine iudicio Eccleſiæ,*

siæ, & eum dimisit propria temeritate, cum possessione, seu quasi ipsius, & iure coniugali eum destituendo temerè, & spoliando in animæ suæ detrimentum. Agit igitur & petit procurator prædictus, nomine procuretorio, quo sup. quatenus præcognito, de præmissis, quantum sufficit, procuretis, decernatis & declaretis, diuisionem, dimissionẽ & spoliationem, prædictas fuisse & esse temerarias, illicitas & iniustas ac temerè & illicitè de facto præsumptas, & ipsum A. ad possessionẽ, seu quasi prædictæ cõiugis suæ, & iuris coniugalis in ea restituendum & reducendũ fore, ac reducatis & restituatis, & ipsam B. ut ad eundem A. quem inconsultè dimisit, redeat, & coniugalia obsequia sibi præstet, ut prius compellendam, cogendam & condemnandam esse, cogatis, compellatis & condemnetis per uestram diffinitiuam sententiam (censura ecclesiastica mediante & alia remedia opportuna) hoc petit. Si autem uxor opponat marito restitutione petẽti, exceptionẽ cõsanguinitatis in casu prohibito, an facienda sit restitutio, habetur in. c. literas de restit. spoli. De materia etiã libelli in. c. ex conquestione. eo. ti. uer. de hoc. Aliquãdo agitur inter cõiuges ad diuortiũ, & hoc dupliciter, quia quandoq; ad separationẽ, quantum ad uinculum, quandoq; quantum ad thorum tantum & mutuam seruitutem, unde primò cùm agitur ad dissolutionem uinculi, saltem de facto contracti, tunc concipiatur sic libellus.

Quando

¶Quando agitur ad dissolutionem vinculi, sic formatur libellus.

Coram uobis, &c. proponit procurator nomine procuratorio. A. uiri aduersus B. mulierem, & dicit, quòd licet A. & B. prædicti sibi inuicem attinent & sunt in tertio uel quarto gradu consanguinitatis coniuncti, uel licet prædicti A. & B. affines existunt in primo affinitatis genere, & in primo, secundo, tertio aut quarto gradu, ipsi tamen de facto matrimonium contraxerunt, simul illud ex carnali copula consummando. Quare agit & petit prædictus procurator nomine, quo sup. per uos cognito, quantum sufficit de præmißis pronunciari, decerni & declarari inter A. & B. prædictos, obstante consanguinitatis uel affinitatis impedimento, prædictum matrimoniũ non esse uel subsistere non posse, ipsosq; sicut de facto contraxerunt, de facto diuortiandos uel separandos, & à cohabitatione & mutuata seruitute ac uinculo facti absoluendos diuortiari & absolui, dariq; prædicto A. licentiam ad uota alia conuolandi sententialiter & diffinitiuè, hæc petit uestrum de hoc officium humiliter implorando, & idem de alijs impedimentis, quæ habent de iure matrimonium impedire mutatis mutandis. ¶Additio. ¶Sed quæritur, quid si matrimonium fuerit declaratum nullum, propter consanguinitatem uel affinitatem, aut aliud impedimentum, an dos debeat restitui mulieri, uel an debeat confiscari, &

ri, & qua actione poßit repeti, uide in.l.1. C.de conditionibus ob caußam, in.l.auunculo.ff.de conditionibus sine caussa, & in.l.qui contra.C.de incestis nuptijs. In secundo uidelicet, cùm agitur ad separationem thori, quod fit propter adulterium, sic concipiatur libellus.

¶ Quando agitur ad separationem thori, propter adulterium, sic formatur libellus.

Coram uobis, &c. proponit procurator nomine procuratorio A. mariti, cōquerendo in iure contra B. mulierem eiusdem A. uxorem eam accusando seu denunciando, dicit, quòd prædicta B. uxor post contractum matrimonium inter ipsam & prædictum A. de anno, die tali, mense tali, cum C. uiro in tali loco, in tali camera, in legem coniugij cōmittendo, & thorum uiolando, adulterium perpetrauit, seu eidem C. adhæsit publicè, adhæret cum eodem adulterando. Quare petit procurator dictus, nomine quo sup. quatenus præcognito, quantum sufficit, de præmißis pronuncietis, decernatis & declaretis, prædictos A. & B. coniuges, ad instantiam & petitionem ipsius A. mariti, propter prædictum adulterium uxoris separandum & diuortiandum fore, quo ad thorum & mutuam cohabitationem seu seruitutem, atq; separetis per uestram sententiam diffinitiuam, aliquando additur & dotem eidem adiudicandam & adiudicatis, ut

in.c.plerunq; de dona. inter uirum & uxorem. Isto modo agitur de crimine adulterij, similiter debet in libello exprimi tempus & locus, sed in scripto non est necessaria, de quo, & de materia huius libelli habetur in capitulo tuæ, de procuratoribus, & in capitulo primo, ut lite non contestata, cum remißioni. ¶Et quādo sic agitur de adulterio, quo ad separationem thori, non est caussa matrimonialis, quia non agitur de fœdere matrimonij, sed de crimine adulterij, ideo in processu talis caußæ, debet ordo iudicarius obseruari, de hoc etiam habetur in.d.c. ut lite non contes. sicut in simili diximus de caussa beneficiali, & caussa super iure patronatus. ¶Additio. ¶Sed quæritur an uxor poßit accusare maritum de adulterio: siue maritus uxorem, Panor. in.c. tuæ de procu. dicit, quod de adulterio potest agi tripliciter. Primò ad pœnitentiā peragendam, & ad hanc admittitur quilibet, 2.q.1. si peccauerit.c.nouit, de iudi. Secundò potest agi criminaliter ad pœnam.l.Iuliæ imponendam, & hoc modo non auditur uxor contra maritum. l. 1. C. de adulterijs. Tertiò potest agi de crimine adulterij ciuiliter, quo ad separationem thori, & ad effectum lucrandi dotem uel donationem propter nuptias, & hoc modo admittitur uxor cōtra maritū, sicut maritus cōtra uxorē, ut no. in. c. plerunq;, de dona. inter uirū & uxorē. Super libello in caussa matrimoniali, quādo agitur de coniungendo, positiones & articuli sic formantur.

Posi-

¶Positiones & articuli sic formantur, quando agitur de coniungendo.

ITem in primis ponit & probare intendit, quòd anno Domini, &c. mense tali, die tali, &c. A. & B. in domo tali, uel tali loco conuenerunt adinuicem contrahendo, & ibidem de contrahendo per eos matrimonio, simul contractum habuerunt, ita quòd tandem per tractatus huiusmodi ad concordiam uenientes, matrimoniū per cōsensum mutuū ibidem insimul cōtraxerunt. Item ꝙ consensum huiusmodi matrimonialem ipsi A. & B. uerbis de præsenti aptis, ultro citroq; intimauerunt, expreßè dicente. Ego te accipio in meum, & ego te in meam, & pro meliori uel peiori te dimittere non intendo. Item quòd in signum matrimonij inter eosdem A. & B. contracti, ut præfertur ipse A. eidē B. spōsæ suæ unum annulū aureum, & ipsa B. eidē A. sponso suo unū circulum argenteū tradidit, quæ hincinde sic data arræ noīe receperūt. Item ꝙ tēpore cōtractus prææarticulati A. & B. prædicti pu beres, & aliâs apti & idonei fuerunt ad matrimoniū cōtrahendum palā & notoriè. Item quòd de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama. Poßunt etiam per alium modum fieri articuli isto modo. In primis ponit & probare intendit, ꝙ A. & B. & C. prædicti, die tali anni currētis, unà cū certis alijs personis fuerunt in tali loco congregati. Item quòd

præfatus A. præfatæ puellæ uel mulieri supplicauit, ut cum eo matrimonium contraheret, seu ipsum in maritum recipere uel ducere dignaretur, promittens eã habere in uxorem, & nunquã eam dimittere pro meliori uel deteriori. Item quòd prædicta B. in ipsum A. consentiens, statim dicit, quòd cum eo libenter uellet contrahere & eum ducere uel recipere, uel habere in maritum. Item quòd idem A. & B. eadem matrimonium contraxerunt ad inuicem, unus alterum mutuo consensu, consuetis uerbis expreßè recipiendo, dicẽte A. seipsam B. recipere, & de cætero habere uelle in uxorem, & nunquã eam pro meliori uel peiori dimittere, & similiter B. dicente ipsum A. in suum recipere & habere uelle maritum, &c. Quando agitur ad disiungendum propter impedimentum, positiones & articuli sic in libello formantur.

¶Positiones & articuli, quando agitur ad disiungendum propter impedimentum.

Positiones & articulos, &c. Et pono quòd uocentur Titia & Seycus, de quorum matrimonio agitur. In primis ponit & probare intendit, quòd in tali loco, oppido uel uilla erant olim, & morabantur quondam Martinus & Berta. Item quòd fuerunt uir & uxor, & se tales nominauerunt, geßerunt, habuerunt & tenuerunt, & ab alijs cõmuniter tenti, nominati,

nati, habiti & reputati fuerunt. Item quòd ex prædicto quondam M. descendit Lotharius, qui fuit filius naturalis eiusdem, quod est palam & notorium. Item quòd idem L. prædictum Seyum genuit, ipseq; Lotharius pater fuit eiusdem Seyi. Item quòd ex alio latere de prædicta Berta Titiam prædictam filiam suã procreauit. Item quòd de præmißis omnibus & singulis, &c. Item quòd Seyus & Titia prænominati, sic existentes in tertio gradu consanguinitatis coniuncti, tẽpore tali inuicem de facto, & quantum in eis fuit matrimonium, contraxerunt, & carnali copula subsecuta, sibi tanquam coniuges, mutuo adhæserunt, & adhærent de facto.

¶Libellus in actione iniuriarum, quando agitur ad intereſſe, & ciuiliter.

CORam uobis, &c. proponit procurator nomine discreti uiri Titij, conquerendo in iure aduersus Sempronium, seu quemcunq; alium pro ipso in iudicio legittimè interuenientem, & dicit, quòd licet Titius præfatus fuerit ab anno discretionis suæ, homo pacificus, bonæ famæ, status integri, laudabilis uitæ & conuersationis honestæ, de legitimo matrimonio genitus, & ut talis ac pro tali cõmuniter habitus, nominatus & reputatus. Tamen de anno currenti, die tali, mense tali, in tali domo uel uico prædictus Sempronius nescitur quo spiritu ductus, memoratum Titium animo iniuriandi uerbis afficit iniuriosè, dicendo ex-

preßè, & nominando ipsum Titium filium meretricis, uel hæreticum, uel nequam peßimum, uel de eo malam cantauit cantilenam, uel carmen seu famosum libellum de ipso scripsit, uidelicet in tali forma, &c. Quam iniuriam sic eidem Titio per eundē Sempronium illatam, idem Titius reuocauit ad se, & reuocat, ac eam pro suo existimauit & existimat interesse, ad tot marcas, seu florenorum uel librarum, denariorum summam malens de suis tantam perdidiße, si haberet cōmodè, quàm iniuriam sibi irrogatam tolerare, uestra tamē iudiciali salua taxatione. Agit igitur & petit procurator, quo sup. nomine, quatenus cōstitutū de præmißis, pronuncietis, decernatis & decla retis, prædicta uerba prænominato Sempronio præfato Titio, seu cōtra eum, ut præfertur, dicta seu probata, præsumpta fuisse & eße temeraria, illicita & iniuriosa temerè, illicitè & iniuriose præsumpta, & in prædicti Titij iniuriā attentata, ipsumq; Semproniū propterea eidem Titio ad intereße teneri, ac eum sibi in prædictarum marcarum seu florenorum, aut librarum summam pro interesse uestra (ut præmittitur) salua taxatione iudiciali condemnandum, & ad satisfactionem cōpellendum fore, & condemnetis & compellatis per uestram sententiam diffinitiuam.

¶Positiones & articuli in actiōe iniuriarū.

IN primis ponit & probare intendit, quòd Titius prædictus ab annis discretionis suæ fuit & est bo

die homo pacificus, bonæ famæ, opinionis, & uitæ laudabilis, conuersationis honestæ, ac talis & pro tali tẽtus & cõmuniter reputatus notoriè. Item quòd de anno currenti, die tali mensis Iulij, Sempronius prædictus, malo (ut creditur) spiritu ductus, uerbis turpibus & iniuriosis Titium prædictum affecit, sibiq; publicè dixit, eum meretricis filium uel hæreticum, seu nequam pessimum, nominando expressè, & appellando temerè animo sibi iniuriandi, uel talem de eo cantauit cantilenam, seu tale carmen famosum, uel talem scripsit libellum famosum. ¶Item quòd Titius prædictus passus iniuriam eandem statim, postquã sibi illatam intellexit, reuocauit, prout reuocat ad animũ, & ipsam æstimauit & æstimat pro suo interesse, ad tot marcas uel florenos, uel libras denariorum talis monetæ, pro quibus non uellet talismodi iniuriam sustinere, salua uestra iudiciali taxatione. Itẽ quòd prædictus Sempronius tempore illatæ iniuriæ supradictæ fuit capax doli, sanæ mentis, & aliâs talis, qui potest iniuriam irrogare. Item q́ de præmissis omnibus, &c. Et ita habemus libellos, articulos & positiones in caussis beneficialibus, matrimonialibus & iniuriarum. Nũc de defensiõibus reorũ, in huiusmodi caussis uideamus.

¶In caussa beneficiali potest sic excipere reus in vim peremptoriæ.

IN prætensa beneficiali caussa, quæ inter A. ex una, & B. ex altera parte uertit corã uobis domino iudice,

dice, &c. procurator procuratorio nomine B. prædicti proponit & dicit, excipiendo, quòd beneficium, de quo est quæstio inter ipsas partes, prædicto A. minimè debetur: nec ius aliquod habet in eo maximè, quia gratia prætensa per eum impetrata fuit, & est surrepticia per ueri taciturnitatem, uel falsi suggestionem uel expreßionem obtenta. Tacuit enim impetrando se beneficium in tali ecclesia obtinere: de quo nullam in eiusdem gratiæ impetratione fecit mentionem, uel expreßit fructus talis beneficij, 20. marcarũ ualorem annuatim non excedere, cùm tamen ualeant 30, marcas annuatim, uèl falsè se expreßit clericum, cùm nondum habuerit primam tonsuram, uel beneficium est, post impetrationem consecutus: quod cum beneficium, de quo est controuersia, de iure tenere non potest, per quod gratiæ huiusmodi prætensæ renunciauit iuris dispositione. Vel similes potest ponere exceptiones.

¶Exceptio, quando beneficium est de iure patronatus.

PRocurator procuratorio nomine B. præsentati, *ponit in uim peremptoriæ, & dicit excipiendo, quòd præsentatio prædicti B. per uos dominum iudicem est admittenda de iure, & idem B. præsentatus ad beneficium instituendus, de quo agitur, quia si non constet eum esse patronum, & ipsius beneficij ius patronatus habere, à quo ipse B. est præsentatus. Fuit tamen*

men præſentationis tempore, & eſt idem præſentator in poſſeſsione, uel quaſi ipſius iuris patronatus bona fide, unde dato, quòd etiam ex aduerſo eſſet probatum præſentatorem alterius partis prædicti beneficij fore patronum, quia tamen ius patronatus nō ipſe, ſed præſentator ipſius B. *poſsedit & poſsidet, ipſius poſseſsoris præſentatio eſt præferenda de iure & admittenda, uel dicit excipiendo, quòd cùm* B. *ipſe per patronos numero plures, præſentatus exiſtat, & plures patronorū uoces habeat, præferendus eſt, tanquā in iure potior & inueſtiendus, cùm ipſe à tribus, & alter à duobus ſit tantum præſentatus.*

¶Exceptio in actione matrimoniali, quando agitur de coniungendo.

AD *eligendum intentionem talis actoris, in cauſſa, quam ſuper pretēſo matrimonio proſequitur aduerſus talem ream in iudicio coram uobis procuratorio nomine procurator eiuſdem reæ proponit excipiendo, & dicit, quòd ipſius actoris intentio, quo ad uinculū matrimoniale non eſt legittimè probata, ſeu in aliquo fundata & dato, quòd de contractu pretenſo ſufficienter conſtaret, quia tamen ipſe actor & rea ſibi attinent & ſunt conſangninei in quarto gradu, uel ſunt affines in primo genere affinitatis, & in tertio uel in quarto gradu, uel inter eos eſt cognatio ſpiritualis, cùm pater ipſius reæ leuauerit actorē*

de ſacro baptiſmatis fonte, unde huiuſmodi conſangui nitas uel affinitas, ſeu ſpiritualis cognatio, impedimento exiſtente, inter eos matrimonium eße non poteſt. Quare petit procurator prædictus, nomine quo ſup. per uos pronunciari matrimonium inter ipſas partes legittimè ſubſiſtere contractum non poße, dictamq; ream ab actoris impetitione abſoluendam fore, & eidem actori ſilentium eſſe imponendum, ac abſoluatis & imponatis diffinitiuè, &c.

¶Ad matrimonium dirimendum propter legittimum impedimentum, ſic excipitur.

PRocurator procuratorio nomine talis rei ponit in modum exceptionis, ad perimendum intentionem talis mulieris ſiue uxoris matrimonium minus iuſtè accuſantis, & dicit, quòd dato conſanguinitatis & affinitatis, uel ſpiritualis cognationis impedimentum pro parte uxoris allegatum ſufficienter & legitimè ſit probatum matrimonium, tamen inter eos cõtractum huiuſmodi præaßignati impedimenti occaſione non eſt dirimendum, cùm ſuper tali impedimento prætenſo, per ſedem Apoſtolicam dudum ſit diſpenſatum, & ipſum impedimentum ſublatum, nec ualet etiam eo obſtante, matrimonium inter partes legittimè contractum, dirimi. Quare agit & petit procurator prædictus, præfato nomine, quatenus pronuncietis, decernatis & declaretis, præfatæ mulieri, ſuper actione ſeu denunciatiõe matrimonij occaſione preaßi-

aßignati impedimenti silentium imponendum fore, & imponatis diffinitiuè, &c. Quando agitur ad separationem thori, propter adulterium excipi potest illo modo in uim peremptoriæ.

¶Ad separationem thori propter adulteriũ, in uim peremptoriæ sic excipitur.

P*Roponit procurator nomine procuratorio talis mulieris, per talem maritum suum de prætenso adulterio accusatam ad separationem thori.* Et dicit, *quòd si adulterium prætensum ipsius mulieris eßet sufficienter probatum, diuortium tamen propter mariti desideratum & petitum non est inter ipsos coniuges elidendum, ex eo, quia ipse maritus eandẽ uxorem suam tradidit adulterandam, uel ipsa mulier fuit uiolenter oppressa, uel ipse maritus post adulterium per eam cõmissum, eam sibi reconciliauit, uel eum de talis modi adulterio cõmißo minimè accusare curauit, quare petit, &c. ut sup.*

¶In actione iniuriarum potest reus sic excipere.

E*Xcipiendo pro parte discreti uiri* A. *proponit ipsius procurator procuratorio nomine, coram uobis domino iudice, & dicit. ꝙ prætensa iniuria, quã* A. *actor, per* B. *prædictũ sibi asserit irrogatã, probatã nõ est legittimè, nec ipsius actoris intentio fundata ꝑ testes uel instrumẽta, uel quouis modo alia probatiõe. Sed dato minimè tamen conceßo, quòd de huiusmodi*

iniuria

iniuria sufficienter constaret, tamen lapsu anni dudũ est sublata, seu tacitè uel expreßè remißa: nam eo die quo ipsa iniuria illata est & prætenditur, postquam ipse B. eidem A. iniuriã uel conuitium dixit ipsi A. & B. simul comederunt. Quare prædictus procurator nomine quo suprà petit B. reum præfatum à memorata petitione absolui, & eidẽ A. super iniurijs prætensis & etiam prosecutis, perpetuum silentium imponendum seu imponi, ac ipsi prædicto B. in expensis litis condemnandum.

¶Libellus quando appellatur in iudicio ante diffinitiuam.

IN caußis appellationum libelli formantur secundũ formas ipsarum, unde: quia alia est appellatio iudicialis, alia extraiudicialis. Item appellatio aliquando interponitur ante sententiam, aliquando ab ipsa sententia diffinitiua, si autem appellatur in iudicio ante diffinitiuam, potest in appellaiionibus libellus sic formari. Coram uobis honorabili uiro domino iudice caussæ appellationis, & partium infrascriptarum, à se ap. delegato, uel coram uobis domino officiali, &c. curiæ episcopalis uel archiepiscopalis, &c. procurator nomine procuratorio discreti uiri Titij appellantis aduersus Sempronium appellatum, & quæcunq; alium pro eo in iudicio legittimè interuenientem, proponit & dicit, quòd licet in quæstione seu caußa, quæ inter

Titium & Sempronium prædictos, de & super re tali, uel debito tali, coram tali iudice ordinario, uel delegato in iudicio uertebatur, pro parte prædicti Titij propositum fuit excipiendo, quòd prætenso libello sibi per prædictum Sempronium oblato, non erat respõdendum, uel positioni tali, quæ impertinens erat, non erat respondendum, uel licet pro parte ipsius Titij contra Semproniũ prædictum tunc actorem fuit opposita exceptio excõmunicationis & probata, qua obstante idem actor ulterius super prosecutione caussæ prætensæ non erat audiendus, sed ab agendis fuerat repellendus. Idem tamẽ iudex exceptionem huiusmodi negauit admittere, uel caußam non eße admittendam, interloquendo pronunciauit perperã & iniustè: uel eam tacitè repellendo in caußa eadem, ad talem vel talem actum eidem exceptioni suæ contrariã proceßit. Vnde prædictus Titius per hoc se grauatũ sentiens à denegatione admißionis huiusmodi uel repulsione & non admißione prædictæ exceptionis suæ uel A. prædicta, peruersa interlocutoria iudicis, tanquã iniqua & iniusta ad se ap. uel dominum Episcopum uel Archiepiscopum prædictum, & eius curiam in scriptis appellauit, infra decem dies, ut sup. Appellatione huiusmodi interposita, apostolos tempore congruo petit & recepit huiusmodi appellationis caussam, per sanctißimum in Christo patrem & Dominũ nostrum, talem Papam modernum obtinuit delegari,

boc

hoc quando est delegatus. Quare procurator prædictus, nomine quo sup. petit per uos pronunciari, decerni & declarari, prædictum iudicem malè, perperā & iniustè processisse: uel per eum malè & iniquè interlocutum fuisse uel pronunciatum, dictumq; Titium ab eadem interlocutoria prætensa bene & legittimè appellatum fore, ipsamq; interlocutoria præassignatā cassandam & reuocandā esse, cassari & reuocari debere, sententiamq; excōmunicationis post appellationem eandem prædictam per eundem iudicem in dictum Titium de facto latam, quicquid post appellationem eandem prædictam, per eundem iudicem uel partem aduersam in negocio huiusmodi, in ipsius appellantis præiudicium fuerit attentatum reuocari, cassari, irritum & nullum pronunciari, & prædictum Sempronium eidem Titio in expensis litis condemnari, hoc petit coniunctim & diuisim, saluo iure addendi, minuendi, &c.

¶Libellus in caussa appellationis interpositę à diffinitiua.

C*Oram uobis, &c. Proponit procurator nomine procuratorio Titij appellantis aduersus Sempronium appellatum, & quemcunq; alium in iudicio pro eo legittimè interuentum: & dicit, quòd nuper in caussa, quæ inter Titium & Sempronium prædictos, de & super re tali, uel debito tali, uel eius occasione uertebatur in iudicio coram tali iudice, Præ-*

posito

posito ordinario, uel officiali eius, &c. Itē iudex prædi cto Titio nō uocato, de meritis caußæ sufficiēter, nō co gnito iure, & iuris ordine prætermisso, ex abrupto præcipitāti sententiam, & si sentētiæ nomen meretur habere pro Sempronio prædicto & cōtra eundē Titiū tulit diffinitiuā: ipsumq; Titiū eidē Sempronio ul tra petita nihilominus in expēsis litis cōdēnando, uel eundē Sempron. ab ipsius Titij impetitiōe absoluēdo, eidē Titio sup petitis p eū imponēdo silētiū pperā, & iniustè. Et qa pro parte eiusdē Titij, à sent. prætēsa hu iusmodi, tanq̄ iniqua & iniusta fuit in scriptis appella tū īfra 10. dies incōtinen. postq̄ ipsa sentētia nūcupata, lata fuit, priusquā iudex ipse prosurrēs, ad alia se diuer teret, uiua uoce appellauit ad se. ap. uel prædictū domi num Episcopū, uel Archiepiscopum, uel eius curiā, & apostoli tēpore cōgruo petiti & recepti, & huiusmo di caussæ cognitio seu decisio per sedem prædictam uobis demādata, si est delegatus, idcirco procurator prædictus, nomine quo suprà petit, quatenus pronun cietis, declaretis & decernatis, sententiam prædictā fuiße & eße iniquā & iniustā, pperam iniquè & in iustè latā, ipsamq; cassandā, irritandā, retractandā & reuocādā fore, cassari, infirmari & retractari debere, atq; cassetis, irritetis, infirmetis & reuocetis, prædi ctum Sempronium Titio supradicto ad petita con demnando, & ad traductionem, restitutionem seu so lutionē cōpellendum, ac condemnetis & cōpellatis p

uestram diffinitiuam sententiam. Aliqui petendo sic concludunt, peto pronunciari, decerni & declarari sententiam prædictam cum omnibus inde ac ab ea secutis, nullam fore caussam, & irritam ipso iure uel de facto prolatam, uel aliâs ipsam tanquam iniustam cassandam, annullandam, irritandam & infirmandam fore, &c. Et tunc etiam in narratione libelli ponitur, quomodo sententia lata est nulla ex tali caußa, sic, quòd ab ea appellari neceße non fuisset, tamen ad cautelam tantum, & ne ipse, contra quem lata fuit caussa, ratificare intenderet, sed ut sibi prouideret, saluo nullitatis beneficio, ipse ab ea appellauit, ut in. c. dilecto, de ap. & ibi per Hos. qui sic tradit formam.

¶Super primo libello appellatorio, positiones & articuli sic formantur.

P*ositiones & articulos infrascriptos, & contenta & descripta in eis omnia & singula narratiuè & dispositiuè dat, facit & exhibet procurator nomine procuratorio Titij appellantis, in caußa appellationis, quæ inter eundem Titium ex una, & Sempronium appellatum ex parte altera, uertitur coram uobis domino iudice, &c. Quibus omnibus & singulis, Sempronium prædictum respondere petit sigillatim & sufficienter, & clarè per iuramentum aßerês, se negata probaturum neceßaria duntaxat probatione, uel sic. Positiones & articulos infrascriptos, ac conten*

contenta & descripta in eis omnia & singula narratiuè & dispositiuè dat, facit & exhibet procurator nomine procuratorio Titij, &c. ut immediante supra. In primis ponit & probare intendit, quòd nuper inter Titium & Semproniū, de & super fundo, uel agro, seu domo tali, uel super debito tali, tot libras denariorum talis monetæ, coram tali iudice suborta seu suscitata materia quæstionis, &c. Vel sic & alter in primis ponit & probare intendit, quòd alius Sempronius prædictus præfatum Titium super re tali uel debito, uel eius occasione coram tali iudice in iudiciū traxit & in caussam, petendo in libello prætenso, quem obtulit, eundem Titium sibi condemnari & compelli ad restitutionem rei prædictæ, uel debiti solutionem supradicti. Item quòd in caussa huiusmodi coram prædicto iudice fuit pro parte Titij propositum, excipiendo, quòd libello prætenso seu præaßignato, ex tali caussa pro parte ipsius Titij non erat respondendum ad petitum per hoc dictum iudicem pronunciari, & ipsum Titium à sui instantia iudicij absolui, uel quòd petitioni tali ipsius Titij pro eo, quia impertinens erat, non fuit respondendum, &c. ut in libello. Item quòd iudex prædictus excep. huiusmodi admittere denegauit, uel eam non admittendam per sententiam interlocutoriam prætēsam, quā tulit, in his scriptis pronunciauit, uel eandem exce-

ptionem tacitè repellendo in causa prædicta ad ulteriora ad actum talem uel talem præfatæ exceptioni contrarium processit perperam, iniustè, iniquè & inane. Item quòd ipse Titius per hoc se grauatum sentiens ab huiusmodi dimissione, denegatione seu depulsione, & non admissione prædictæ exceptionis suæ: uel à prætensa interlocutoria iudicis prædicti, tanquã iniqua & iniusta ad sedem sanctam Apostolicam, & sanctissimum in Christo patrem & dominũ nostrum Papam, talem modernum, uel ad dominum Episcopum uel Archiepiscopum, uel etiam curiam in scriptis, & infra decem dies appellauit. Item quòd super appellatione huiusmodi idem Titius appellans apostolos à prædicto iudice instante & congruo tẽpore petijt & recepit. Item quòd Titius appellans memoratus prædictæ appellationis suæ prosecutioni insistens, huiusmodi appellationis causam infra tempus debitum per prædictum dominum Papam obtinuit, uobis delegati; uel si est ordinarius, dicat infra tempus debitum coram uobis introduxit, & alias circa prosecutionem huiusmodi institit, prout instat coram uobis. &c. Item quòd de præmissis omnibus & singulis, &c. Et licet sic possent formari libellus, & articuli in causis appellationum ante diffinitiuã, tamen aliqui iudices, & præsertim in curia Romana non faciunt dari libellum & articulos in huiusmodi

cau-

causis, de quo & an debeat dari uel non, no. de testamentis. c. Raynaldius in glo. & ita, & super ea cum remissi. Sed in eis procedunt isto modo, quòd primò pars absens citatur ad procedendum & procedi ui dendum in causa huiusmodi, prout de iure debeat procedi, & alia iura & munimenta fundari, iurisdictionem iudicis, ac aliâs faciẽda ad deuolutionem causæ, quibus productis citatur pars, uel si est præsens, datur sibi terminus ad dicendum & excipiendum contra appellationem & alia producta. Deinde assignato termino ipsis partibus, uidelicet appellanti ad iustificandam appellationem suam, & impugnandum processum iudicis prioris, & econtrà ipsi appellato ad iustificandum processum appellationẽ impugnandam, &c. In causa appellationis à diffinitiua seruatur ordo iuris, sicut in principali, & ibi articulus appellationis non est separatus è negocio principali, & tunc sic formantur articuli & positiones.

¶Positiones & articuli sic formantur in causa appellationis, ubi articulus appellationis non est separatus à negocio principali.

Positiones & articulos, &c. in primis ponit & probare intendit, quòd pridem de anno tali, co-

ram tali iudice, Præposito, archidiacono uel officiali, &c. inter Titium ex una actorem, & Sempronium reum prædictos, de & super domo uel fundo tali, uel debito & eius occasione, parte ex altera quæstio fuit, & caussa in iudicio uertebatur. Item quòd prædictus iudex in caussa huiusmodi, taliter, qualiter, ex abrupto & iure, atque iudiciario ordine prætermisso procedens caussa non ad plenum examinata sententiam diffinitiuam, si ita nuncupari mereatur taliter, pro prædicto Sempronio tulit, per quam ipsum Titium in petitis condemnauit, uel per quam absoluit eundē Sempronium ab impetitione Titij supradicta. Eidem etiam Titio perpetuum silentium, super petitis per eum imposuit perperam & iniquè. A qua quidem sententia lata fuit pro parte ipsius Titij, infra 10. dies uel incontinenti, priusquàm iudex ipse ad alios actus se diuertit, & eo adhuc sedente pro tribunali, uiua uoce apud acta ad sedem Apostolicam, uel dominum Episcopum uel Archiepiscopum, & ipsius curiæ appellatum, apostoliq; petiti tempore congruo & recepti. Item quòd prædictus Titius Apostolos, &c. Et si post sententiam uel appellationem, per iudicem uel per aduersarium, in negocio est aliquid attentatum in præiudicium appellantis, de hoc etiam in articulis, &c. Et potest sic formari articulus. Item ponit, quòd post prædictam sententiam latam, uel appellatio-

lationem interpositam, iudex memoratus in negocio huiusmodi, in ipsis appellantis præiudicium processit ad talem uel talem actum, uel in ipsum appellantem tulit sententiam excõmunicationis de facto: uel prædictus aduersarius appellatus, ipsum appellantem domo uel prædicta ipsius possessione spoliauit, &c. uel in ipsum appellantem tulit sententiam excõmunicationis de facto, uel prædictus aduersarius appellatus, ipsum appellantem domo, uel prædicta ipsius possessione spoliauit, &c. ¶Additio. ¶*Vtrum autem innouata uel attentata appellatione pendente, debeant primitus reuocari, antequàm constet de ueritate & iustitia appellationis no. in. c. non solum de appellationibus, li. 6. & an. appel. deserta possit peti reuocatio attentatorum, uide ibidem.*

¶Appellatus potest sic se defendere contra appellationem excipiendo, & ipsam impugnando.

PRocuratorem nomine procuratorio Sempronij appellati, excipiendo contra appellationem prætensam Titij, ponit & dicit, quòd ipsa prætensa appellatio nulla est & cassa, pro eo, quòd non est interposita infra decem dies, uel interposita per eum est, qui mandatum non habuit appellandi, uel licet ab

interlocutoria, grauamine, uel etiam diffinitiua, ex interuallo sit appellatum, non tamen in scriptis, sed uerba tantum, uel quia licet fuerit interposita appellatio apostoli, tamen infra tempus congruum petiti non fuerunt nec recepti, uel ipsa appellatio iusto cessante metu impedita, infra terminũ talem à iudice statutum, à quo uel infra annum non est per appellantem prosecuta, unde iuris fictione & dispositione deserta est appellatio derelicta & dimissa, & causa ipsa coram proprio iudice tractanda & finienda siue sententianda, uel sententia diffinitiua executioni non est demandata: uel licet sit appellatum, ipsa tamen appellatio ex falsa & frustratoria causa est omissa, ac malè & iniquè interposita, & per priorem iudicem benè & iustè processum ex tali causa, &c. Quare petit procurator prædictus nomine quo sup. quatenus pronuncietis, decernatis & declaretis prædictam appellationem prætensam ex causis præmissis fuisse & esse nullam, irritam & inanem, uel desertam, derelictam, dimissam, uel prædictum Titiũ malè & friuolè appellantẽ per iudicem, à quo benè & legitimè processum, & iustè pronunciatum & interlocutũ, ipsaq; asserta appellatione non obstante, prædictum iudicem priorem sua posse & debere iurisdictione uti, & procedere in principali, uel sententiam prædictam fuisse & esse executioni demandandã: & ipsum

appel

appellantem idem appellato in expensis litis condemnandum, atq; condemnetis iustitia exigente saluo iure addendi, minuendi, ut est moris.

¶Finis solennis practicæ Iudiciariæ D. Abbatis Panormitani.

INDEX EORVM, QVAE IN HOC LIBRO TRActantur: cuius numerus folium, A litera primam paginæ faciem, B uerò sequentem demonstrabit.

A.

Appel

C

D.

E.

Iura-

L.

M.

N.

O.

P.

Posi

Q.

R.

S. Sapi-

S.

T.

V.

FINIS.



COLONIAE

Apud hæredes Arnoldi Birck-
manni, ſub interſignio
pinguis gal-
linæ.

ANNO 1555.